

mallos aliquando legere, ac ponderare, sed etiam in Congregationibus, quae singulis Feriis quintis coram Nobis habetur, Cardinalium sententias, aequè iustitiam, aequè de hisdem Libris quid decernatur, audire & excipere consuevimus. Haud minoris diligentiae testimonium ferre possumus adeoque debemus, pro altera Congregatione Iudicis, qui generaliter incumbit, ut supra diximus, de quorumvis Librorum prohibitione decernere. Dum enim in minoribus versauerim, cum primi, tum secundi Censuris, seu Relatoris Officium in ea Congregatione non foveo oblitus; ex quo autem Supremo Pontificatum perimus, nullius Libri proscriptioem varam habuimus, nisi audito Congregationis Secretario, qui libri materiam, Revisorum censuras, Cardinalium iudicia & suffragia, accurate Nobis exponeret.

Sed quoniam compertum est Nobis, atque exploratum, multas Librorum prohibitiones, praesentium quorum Auctores Catholici sunt, publicè aliquando iniuste quereis in reprehensionem adduci, tamquam in temere ac perfunctorie in Tribunalibus Nostris ea res ageretur; opere praeferimus duximus, haec Nostra perpetuo valitura Constitutio certas firmatae regulas proponere, iuxta quas deinceps Librorum examen iudiciumque peragatur: tametsi plane affirmari possit, idipsum iam pridem, vel eadem prorsus ratione, vel alia aequipollenti, constanter actum fuisse.

Porro Romanae Universalis Inquisitionis Congregatio ex pluribus constat Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalibus a Summo Pontifice electis, quorum alii Sacrae Theologiae, alii Canonici Juris doctrina, alii Ecclesiasticarum rerum peritia, munerumque Romanae Curiae exercitacione, prudentia demum, ac prohibitis laude, conspicui habentur. His adiunguntur unus ex Romanae Curiae Praefulis, quem Assessorum vocant; unus etiam ex Ordinibus Praedicatorum Sacrae Theologiae Magister, quem Commissarium appellant; certus praeterea Consultorum numerus, qui ex utroque Clero Seculari ac Regulari assumuntur; alii demum praesentis doctrina Viri, qui a Congregatione iussi, de Libris censuram insuntant, siquae Qualificatorum nomen tributum est. De variis in praesata Congregatione, siquae gravissimis rebus agitur, in primis autem de Causis Fidei, ac de Personis violatae Religionis reis. At cum librum aliquem ad eam, tanquam prohibitionem dignum, deferri contigerit; nisi ad Iudicis Congregationem, ut fieri plerumque solet, iudicandum remittat, sed pro tempore ratione sibi de illo cognoscendum esse arbitretur: Nos, inhaerentes Decreto lato ab eadem Congregatione Feria quarta Calendii Julii anni millesimi septingentesimi quinquagesimi, atque a nobis confirmato Feria quinta insequente, haec ratione & methodo iudicium institui mandamus.

Primo nimirum uni ex Qualificatoribus aut Consultoribus a Congregatione designando liber tradatur, quem is attentò animo legat ac diligenter expendat, tum Censuram suam scripto consignet, locis indicat, in quibus notati errores continentur. Mox liber cum animadvertionibus Revisoris ad singulos Consultores mittatur, qui in Congregatione pro more habenda singulis Feriis secundis in Aedibus Sancti Officii de Libro & Censura sententiam dicant: ipsa deinde Censura, cum Libro, & Consultorum suffragiis, ad Cardinales transmittatur,

ut hi in Congregatione, quae Feria quarta haberi solet in Fratrum Praedicatorum Conventu Sanctae Mariae prae Via Minervae nuncupato, de tora re definitivè pronuncient. Post ab Assessoris Sancti Officii Acta omnia ad Pontificem referantur, cuius arbitrio iudicium omne absolvetur.

Cum autem ferri veteri institutione receptum, ut Auctoris Catholici Liber non unus tantum Relatoris perfecta censura libello proferatur; ad normam praefati Decreti mensis Julii anni millesimi septingentesimi quinquagesimi, volumus eam consuetudinem omnino servari: ita ut si primus Censuram Librorum prohibendam esse iudicet, quamvis Consultores in eandem sententiam conveniant, nihilominus alteri Revisori ab eadem Congregatione electo liber & Censura tradatur, suppresso primi Censoris nomine, quo alter iudicium suum liberius exponat. Si autem secundus Revisor primo assentiat, tunc utriusque animadvertiones ad Cardinales mittantur, ut is expensis de Libro decernat: at si secundus a primo dissentiat, ac Librum damnandum existimet, tertius eligatur Censor, cui, suppresso priorum nomine, utraque Censura communicetur. Huius autem relatione, si a priore Consultorum sententia non abstat, Cardinales immediate communicentur, ut ipsi quod opportunitus fuerit decernant. Sin minus; iterum consultores perfecta tertia Censura suffragium ferant; idque una cum omnibus praefatis relationibus, Cardinalibus exhibentur, qui, re ita mature pertractata, de controversia denique pronunciant debent. Quotiescunque autem Pontifex, vel ob rei, de qua in Libro agitur, gravitatem, vel quia id Auctoris merito, aliiquae circumstantiis tribuendum censet, libri iudicium coram se ipso in Congregatione Feria quinta habendum decrevit; quod saepe a Nobis factum fuit, & quoties ita expedire iudicabimus, in posterum quoque fiet; tunc satis fuerit exhibere Pontifici & Cardinalibus Libri censuras, & Consultorum suffragia, omisso examine Congregationis Feriae quartae, ejusque relatione, quam per assessoris Pontifici faciendam diximus: nam Cardinalium suffragiis coram ipso Pontifice ferentis, atque huius definitivae sententiae, vel alio opportuno consilio in eadem Congregatione capiendi, res absolvetur.

Altera quoque Iudicis Congregatio plures complectitur Cardinales ipsi a Pontifice ascriptos, siquae dicitur doctus praedictus, quibus Sancti Officii Cardinales polleant: quum etiam eorum aliquos in utraque Congregatione locum habere contingat. Ex his unus eisdem Congregationis Praefectus existit; Assistentes vero perpetuis est Magister Sacri Palatii: Secretarius autem, a prima Congregationis institutione usque in praesentem diem, ex ordine Fratrum Praedicatorum a Summo Pontifice pro tempore eligitur. Sunt praeterea ex utroque Clero Seculari & Regulari eisdem Congregationis Consultores; & Relatores selecti, & quidem, ubi aliquis Librorum relationes coram Congregatione semel, bis, tertio, laudabiliter peregerit, tum ipsa Congregatio Pontificem rogare solet, ut ejus auctoritate in Consultorum numerum referatur.

Sub ipso Pontificatus nostri primordio, ea Nos subitè cogitatio, ut certam aliquam & immutabilem methodum pro examine iudicisque Librorum in hac Iudicis Congregatione servandam statueremus. Quia de re non modo consilium exquisivimus dilecti Filii

Notri Angeli Mariae Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalis Quirinii nuncupati, ejusdem Sanctae Romanae Ecclesiae Bibliothecarii, & dicitur Congregationis Praefecti, qui pari prudentia & doctrina suam Nobis sententiam scripto declaravit; verum etiam antiquiores aliquos eisdem Congregationis Consultores coram dilecto Filio Iosepho Augustino Orsi Ordinis Praedicatorum, tunc ipsius Congregationis Secretario, nunc autem Palatii Apostolici Magistro convenire iussimus, suamque sententiam aperire, quae pariter scripto concepta Nobis jam tunc exhibita fuit. Cumque haec omnia diligenter apud Nos asservata fuerint, nunc demum veterem deliberationem nostram resumentes, quemadmodum ea, quae ad Librorum examen atque iudicium in prima dicta Congregatione Sancti Officii peragendum pertinet, auctoritate nostra constabimus; ita etiam ea, quae ad Congregationem Iudicis, & ejusdem generis negotia apud eam tractanda facere possunt, opportunitus Decretis conlittere volentes, praesulati Cardinalis Praefecti consiliis, dictorumque Consultorum votis inhaerendo, haec deinceps servanda decernimus.

Cum Congregatio Iudicis ad Librorum censuram unice, ut dictum est, instituta, non ita crebro convocari solet, ut altera Sancti Officii Congregatio, quae ob causarum & negotiorum multitudinem, singulis hebdomadae ter haberi consuevit; illius proprietate Secretorio peculiariter manus & officium recipiendi Librorum denunciations, ut fieri jam ante consuevit, committimus & demandamus. Is autem a Libri Relatore percumbatur diligenter, quas ob causas librum prohiberi postulat; tum Libro ipsum haud perfunctorie perloquitur, ut de propositae accusationis iubitentia cognoscat; duabus etiam in eam rem adhibitis Consultoribus, ab ipso, praevia Summi Pontificis, aut Cardinalis Praefecti, vel ejus, qui Praefecti vices supplat, approbatione eligendis. Quorum collato consilio, si Liber censura & nota dignus videatur, unus aliquis Relator ad ferendum de eo iudicium idoneus, illius nempe facultatis, de qua in Libro agitur, peritus, eadem, quam super iunimus ratione eligendus erit, qui scripto nuper animadvertiones suas, adnotatis paginis, quibus singula ab ipso reprehensa continentur. Sed antequam ejus censura ad Cardinalium Congregationem feratur, haberi volumus privatam Consultorum Congregationem, quam alias *Parvum* dixerunt. Nos autem *Preparatorium* vocabimus, ut Relatoris animadvertionibus ad Librum collatis, de earum pondere iudicium fiat. Huiusmodi Congregatio semel omnino singulis mensibus, aut etiam saepius, si oportuerit, ab ipso Congregationis Secretario convocanda erit, vel in suis cubiculis, vel opportunè, ac ipsi videbitur loco, intra praedicti Censurati Aedes, ubi is commoratur; Eique semper intererit Magister Sacri Palatii pro tempore existens; una cum sex aliis et numero Consultorum, singulis vicibus, pro qualitate argumenti & materiae, de qua disputandum erit, ut supra de primis duobus Consultoribus, & de Relatore constitutum est, a Secretario eligendis, praeter Secretarium ipsum; cuius partes erunt in tabulis referre Coalitorum sententias, quas deinde ad Congregationem Cardinalium mittet, cum Relatoris censura. In generali demum Congregatione omnia illa servari debeant, quae superius statuta sunt pro Congregatione Sancti Officii circa

Librorum examen. At quemadmodum ad Assessorum Sancti Officii pertinet, de actis in Congregatione Summum Pontificem certum reddere; ita ad Secretarium Congregationis Iudicis spectabit, quoties haec Librorum aliquem proferendum, aut emendandum censuerit, eisdem Pontificis assensum, praevia diligenti actorum omnium relatione, exquirere.

Quoniam vero in Congregatione Iudicis de sola Librorum prohibitione agitur, nonnulla haec loco adiungenda iudicabimus, eisdem Congregationi potissimum utilis futura, quae tamen ab altera etiam Congregatione Sancti Officii, dum in huius quoque generis causis se immittit, ubi similes rerum circumstantiae se offerant, aequè observanda erunt. Quotiescunque agatur de Libro Auctoris Catholici, qui sit integrè famae, & clari nominis, vel ob alios editos Libros, vel forte ob eum ipsum, qui in examine adducitur, & hunc quidem proferri oporteat; praevia oculis habatur uti iamjam recepta consuetudo prohibendi Librum, adiecta clausula: *Daneque corrigatur, seu donec expurgetur*, si locum habere possit, nec grave quidpiam obstat, quominus in casu, de quo agitur, adhiberi valeat. Haec autem conditio proscriptiois adiecta, non statim edatur Decretum, sed suspensa illius publicatione, res utraque cum Auctore, vel quovis altero pro eo agente, & rogante, communicetur, atque ei quid delectandum, aut emendandum, corrigendum fuerit, indicetur. Quod si nemo Auctoris nomine compareat, vel ipse, aut alter pro eo agens, iniunctam correctionem Libri desideret, conceptus definitio tempore Decretum edatur. Si vero idem Auctor, eivus Procurator, Congregationis iussa fecerit, hoc est novam instituitur Libri editionem cum opportuno castigacionis, ac mutationibus, tunc suppriantur prohibitionis Decretum; nisi forte prioris Editionis exemplaria magno numero distracta fuerint: tunc enim ita Decretum publicandum erit, ut omnes intelligent, prima Editionis exemplaria dumtaxat interdicta fore, secunda vero jam emendata permitti.

Quotiescunque scimus aliquando nonnullos, quod Librorum iudicia & prohibitiones, inauditis Auctoribus, fiunt, nullo ipsis loco ad defensionem concessio. Haec autem querele responsum fuisse novimus, nihil opus esse Auctores in iudicium vocare, ubi non quidem de eorum personis notandis, ac contemnendis agitur, sed de consilendo Fidei iam demittit, atque advertendo ab ipsis periculo, quod ex nocena Librorum lectione facile incurritur; si qua verò ignominie laebe Auctoris nomen ex eo aspersi contingat, id non directè, sed oblique ex Libri damnatione consequi. Qua sane ratione minime improbandis censuris huiusmodi Librorum prohibitiones, inauditis Auctoribus, factas, quam praesentim credendum sit, quidquid pro se ipso, aut pro doctrinae suae defensione potius Auctor afferat, id minime a Censoribus atque Iudicibus ignoratum, neglectumve fuerit. Nihil tamen minus, quod saepe alias, summa equitatis & prudentiae ratione, ab eadem Congregatione factum fuisse constat, hoc etiam in posterum ab ea servari magnopere optamus, ut quando res sit de Auctore Catholico aliquo nominis & meritorum fama illustri, ejusque opus, depremissis de mendis, in publicum potius posse dignoscatur, vel Auctorem ipsum suam causam tueri volentem audiat, vel unam eum Consultoribus designat, qui ex



Officio Operis patrocinium, defensionemque suscipiat.

Quemadmodum vero, ubi de Congregatione Sancti Officii agebamus, eisdem Nos semper iterumque recepimus, quotiescumque de Libro, cujus materia gravioris momenti fit, iudicium agatur; quod erit Nobis facilitum, quom eadem Congregatio qualibet Feria quinta coram Nobis habeatur: sic & Indicis Congregatio presentiam Nostram impendere parat sumus, quoties rei gravitas id promereri videbitur. Neque enim id opus esse dicendum est, quom vel heretici homines Libris denunciantur, in quo Auditor errores Catholicos dogmari adferant consilio tradit aut tueri; vel Opus aliquod in eisdem adductur, quo facti morum regule labefactantur, ac vitis, & corruptelis fomenta prebentur. In his enim casibus ne illas quidem, quas supra scripsimus, accurateque caute adhibere necesse erit; sed heretico dogmate, vel pravo moris incantamento semel percipito, procriptionis Decretum illico ascendendum erit; iuxta primam, secundam & septimam Indicis Regulas, Sacrosancti Tridentini Concilii iusti editas, atque vulgatas.

Cum in prelaudata Congregatione Sancti Officii severissimis legibus cautum sit, ne de rebus eisdem Congregationis quicquam alio extra illam loquatur; Nos hanc eandem silentii legem a Relatoribus, Consultoribus & Cardinalibus Congregationis Indicis religiose custodiendam precipimus. Illius tamen Secretario potestatem facimus, ut animadversiones in Libros confuse subjectos, eorum Auditoribus, vel aliis illorum nomine agentibus & postulantibus, sub eadem Secreto lege communicare queat: supergressis semper Denunciatoris, Censorisque nominibus.

Examinandis, corrigendisque Libris peropportuna sunt, que decem Regulis Indicis a Patribus Tridentine Synodi confectis, atque editis continentur. In Instructione autem felicis recollectionis Clementis Pape VIII. eisdem Regulis adjecta, Tit. de correctione Librorum si. 5. Episcopis, & Inquisitoribus cura committitur, ut ad Librorum etidorum examen spectate pietatis & doctrine viros adhibeant, de quarum fide & integritate sibi polliceri queant, nihil esse gratie daturis, nihil aliis, sed omni humano assensu probatis, Dei amantem gloriam spectaturi, & seduli potius utilitatem. His porro virtutibus animique dotibus, si non majori, ac pariter certe de causa, prestatre oportet hujus Nostrae Congregationis Revisores, & Consultores. Cumque eos omnes, qui nunc hujusmodi munera obtinent, tales esse non ignoremus; optandum sperandumque est, non abiliames deinceps futuros, qui ad id eliguntur; homines nimirum vite integros, probate doctrine, maturo iudicio, incurrupto affectu, ab omni partium studio, personarumque acceptione alienos, qui equitatem, libertatemque iudicandi, cum prudentia & veritatis zelo coniungant. Cum autem eorum numerus nunc certus & constitutus non sit, ab eisdem Congregationis Cardinalibus consilium expectabimus atque capiemus, num eum pro futuris temporibus definire oporteat, vel expediat. Hoc tamen jam nunc decernentes, quatenus eorum numerus definiatur, ut tam Relatores, quam Consultores ex utroque Clero, Seculari nempe, & Regulari, assumantur alii quidem Theologi, alii utriusque iu-

ris periti, alii sacra & prophana eruditione prestantes, ut ex eorum certu, pro varietate Librorum, qui ad Congregationem deferuntur, idonei viri non deint ad ferendum de unoquoque iudicium.

Ipsos autem Relatores, Consultoresque, tam nunc existentes, quam in posterum quocumque futuros, monemus, ac vehementer hortamur, ut in examine, iudicioque Librorum insequentibus Regulas diligenter inspiciant, accurateque custodiant.

I. Meminerit, non id sibi numeris oratione imponam, ut Libri ad examinandum sibi traditi procriptionem modis omnibus curent, atque ureant: sed ut diligent studio, ac sedulo animo ipsum expandentes, fideles observationes suas, verasque rationes Congregationi suppeditent, ex quibus rectum iudicium de illo ferre, equasque procriptionem, emendationem, aut dimissionem pro merito decernere valeat.

II. Tametsi hactenus cautum sit, cavendumque deinceps non dubitemus, ut ad referendum & consulendum in predicta Congregatione illi solum admittantur, qui scientiam rerum, quas Libri delati respective continent, diuturno studio acquisite possideant; recedat enim de artibus folis artificis iudicare; nihilominus si forte eveniat, ut alicui per errorem materia aliqua discutienda committatur, ab illius peculiaribus studiis aliena, idque a Censore, aut Consultore electo, ex ipsa Libri lectione deprehendatur; noverit is, se neque apud Deum, neque apud homines culpa vacaturum, nisi quamprimum id Congregationi, aut Secretario aperiat, seque ad ferendam de hujusmodi Libro censuram minus optum professus, a liam magis idoneam ad id numeris laborari curat; quo tantum abest, ut existimationis suae dispendium apud Pontificem & Cardinales passurus sit, ut magnam potius probitatis, & candoris opinionem, & laudem sibi sit conciliaturus.

III. De variis opinionibus atque sententiis in unoquoque Libro contentis, animo a praesudiciis omnibus vacuo, iudicandum sibi esse sciatur. Itaque Nationis, Familiae, Scholae, Instituti affectum excutiant; studia partium seponant; Ecclesiae Sanctae dogmata, & communem Catholicorum doctrinam, que Conciliorum Generalium Decretis, Romanorum Pontificum Constitutionibus, & Orthodoxorum Patrum atque Doctorum consensu continentur, unice pre oculis habeant, hoc de cetero cogitantes, non paucas esse opiniones, que uni Scholae, Instituto, aut Nationi certo certiores videntur, & nihilominus, sine ullo Fidei aut Religionis detrimento, ab aliis Catholicis viris rejiciuntur, atque impugnantur, opprobria feda, que unquamque opinionem in hujusmodi in suo probabilitatis gradu relinquat.

IV. Hoc quoque diligenter animadvertendum monemus, haud rectum iudicium de vero Auctoris sensu fieri posse, nisi omni ex parte illius Liber legatur, quaeque diversis in locis posita & collocata sint, inter se comparentur; universum praeterea Auctoris consilium & institutum atrente discipulatur; neque vero ex una vel altera propositione a suo contextu divulsis, vel seorsum ab aliis, que in eodem Libro continentur, confiderata & expensa, de eo pronuntiandum esse; sepe enim accipit, ut quod ab Auctore in aliquo Operis loco persudicior aut subob-

scure traditum est, ita alio in loco distincte, copiose & dilucide explicetur, ut offusae pectori sententiae tenebrae, quibus involuta fuerit sententia speciem exhibebat, penitus dispellantur, omnique labis expertis propositio dignoscatur.

V. Quod si ambigua quaedam exciderint Auctori, qui aliquo Catholicus sit, & integra Religio doctrinaeque fama; equitas ipsa postulare videatur, ut eius dicta beneque, quantum liceat, explicata, in bonam partem accipiantur.

Has porro, similisque regulas, que apud optimos Scriptores de his aegreque facile occurrunt, semper animo propositas habeant Censores & Consultores, quo valeant, in hoc gravissimo iudicio generos, conscientiae suae, Auctorem sane, Ecclesiam bono, & Fidei utilitati consulere: Duo autem reliqua sunt in eum finem plane opportuna, que hoc loco ad iungenda omnino esse iudicamus.

Prodent aliquando Libri, in quibus falsa & reprobat dogmata, aut sistemata, Religioni vel moribus exitiosa, tamquam aliorum inventa & cogitata, exponuntur & referuntur, absque eo quod Auctor, qui Opus suum pravis hujusmodi meritis onerare fategit, de recedat curam in se recipiat.

Putant vero, qui talia agunt, nulli sese reprehensionum ac censuræ obnoxios esse, propterea quod de alienis, ut ajunt, opinionibus nihil ipsi affirmant, sed historice agunt. At quidquid sit de eorum animo & consilio, deque personali in eos animadversione, de qua videntur, qui in Tribunalibus ad advertenda crimina instituti sibi dicunt, dubitari certe non potest, magnam ejusmodi in Christianam Republicam labem, ac perniciem inferri; quam incensus Lectoribus venena propinant, nullo exhibito vel parato, quo praeserventur, antidoto. Subdolosus genus, quo simpliciter mentes facile implicentur, quam diligentissime Revisores advertant, ac censuræ subiciant; ut, vel hujusmodi Libri, si aliqua ex ipsis capi possit utilitas, emendantur; vel in veterum Indicem omnino referantur.

In ea, quam superius laudavimus Praedecessoris nostri Clementis Pape VIII. Instructione: Tit. de correct. lib. 6. sapientissime cautum legitur, ut que fama proximorum, & praesertim Ecclesiasticorum & Principum detrahunt, bonisque moribus & Christianae disciplinae sunt contraria, expungantur. Et paulo post: Facies etiam, aut disteria, in perniciem aut praesudicium fame, & existimationis aliorum iactata, repudiantur. Utinam vero in aspectum lucemque hominum Libri ejusmodi in hac temporum licentia & pravitate non efferrentur, in quibus dissidentes Auctores mutuis se jurgis, conviciisque proferunt; aliorum opiniones nondum ab Ecclesia damnatas censura perstringunt; adversarios, eorumque Scholas, ac eorum fugillant, & pro ridiculis decunt, magno equidem bonorum scandalo, haereticorum vero contemptu, qui digladiantibus inter se Catholicis, seque mutuo lacerantibus, plane triumphant. Et si vero fieri non posse intelligamus, ut dissipationes omnes & mudo tollantur, praesertim cum Librorum numerus continenter augeatur: Facienda enim plures Libros nullus est finis, ut est apud Ecclesiasticum cap. 18. compertum praeterea Nobis sit, magnam aliquando utilitatem ex his capi posse; modum tamen in defendendis opinionibus, &

Christianam in scribendo moderationem ferri merito volumus: Non inprobitum (inquit Augustinus in Enchirid. cap. 59. prope finem) exerceatur ingenia, si adhibeatur discretio moderata. & abis error opinantium, se credere, quod nesciunt. Qui veritatis studium, & purioris Doctrinae zelum, quo suam scripturam moderatiter excutent, obtendere solet, si primum intelligant, non minore habendam veritatis, quam Evangelicae manifestandis, & Christianae caritatis rationem. Caritas autem de corde puro, patiens est, benigna est, non irritatur, non emulatur, non agit perperam, atque (addit idem Augustinus, lib. contra Litteras Pettilian cap. 10. n. 31.) Sine iuperbia de veritate praesumit, sine fidei pro veritate certat: Hanc magnus ille non veritatis, quam caritatis Doctor, & scriptor & opere praemonstravit. Nam in suis adversus Manichaeos, Pelagianos, Donatistas, alioque tam sibi, quam Ecclesiae adversantes, assiduis conflictationibus, id semper diligenter cavet, ne quempiam eorum injuriis aut conviciis laederet, atque exasperaret; qui secus scribendo, vel disputando fecerit, is profecto nec veritatem sibi praecipue cordi esse, nec caritatem lectari se ostendit.

It quoque non satis idoneam, justamque executionem assero videntur, qui ob singulare, quod profertur erga veteres Doctores studium, cum sibi scribendo rationem licere arbitrantur: nam si carere novos audeant, forte ab laedendis veteribus sibi minime temperarent, si in eorum tempora incidissent, quod praecare animadvertimus est ab Auctore Operis imperfecti in Marti. hom. 41. Cum audires, inquit, aliquam beatissimum antiquos Doctores, pro qua quali sit circa suos Doctores: si enim illas, cum quibus vivit, faceret & honorat, sine dubio illor, si cum illis videret, honorasset: si autem suos contemnit, si cum illis videret, & illos contempserit. Quomobrem finium ratione sit omnibus, qui adversarios aliorum sententias scribant, ac disputant, id quod graviter ac sapienter a Vener. Servo Dei Praedecessore Nostris Innocentio Pape XI. praescriptum est in Decreto edito die secunda Martii millesimo lxxcentesimo septuagesimo anni: Tunc andem, inquit, ut ab injuriis contentionibus Doctores, seu Scholastici, ac alii quicumque in posterum abstinant, ut paci & caritati consulatur, idem Sanctissimus in virtute sanctae Obedientiae eis praecipit, ut tam in Libris imprimendis ac manu scriptis, quam in thesibus, ac praedicationibus, caveant ab omni censura & nota, nec non a quibuscumque conviciis contra eas propositiones, que adducunt inter Catholicos controversantur, donec a sancta Sede recognoscantur sint, & super eis iudicium proferatur. Cohibetur itaque ea Scriptorum licentia, qui, ut ajebat Augustinus lib. 12. Confess. cap. 25. num. 34. Sententiam suam amant, non quia vera est, sed quia sua est, aliorum opiniones non modo improbant, sed libenter etiam notant, atque tradunt. Non feratur omnino, privatas sententias, veluti certa ac definita Ecclesiae Dogmata, a quopiam in Libris obrudi, oppositas vero erroris infundari; quo turbis in Ecclesia excitantur, dissidia inter Doctores aut feruntur, aut foventur, & Christianae caritatis vincula perfere abrumpuntur. Angelicus Scholarum Princeps, Ecclesiae Doctor, S. Thomas Aquinas, dum tot coterisq; numquam



De auctoritate decretorum libros vetantium, de panis in eos latis, qui hujusmodi libros legant, retineant &c.

quam satis laudata volumina, varias necessario offendit Philosopherum, Theologorumque opiniones quos veritate impellente refellere debuit. Ceteras vero tanti Doctoris laudes id mirabiliter cumular quod adversarium neminem parvipendere, velle care, aut traducere visus sit, sed omnes, officio, ac perhumaniter demereri; nam si quid durius, ambiguum, obscurumve eorum dicitur subflet, id leniter benignèque interpretando, emolliabit atque explicabit. Si autem Religiosis ac Fidei causa postulabat, ut eorum sententiam exploderet, ac refutaret, tanta id preflabat modestia, ut non minorem ab illis dissentendo, quam Catholicam veritatem asserendo, laudem mereretur. Qui tam eximio ut solent ac gloriosi Magistro (quos magno numero esse, pro singulari nostro erga ipsam cultu studiosque gaudemus) it seibi ad emulandum proponant tantum Doctoris in scribendo moderationem, honestissimamque cum adversariis agendi disputandique rationem, ad hanc exteque quove se se componere student, qui ab ejus Schola doctrinamque recedunt, Sanctorum enim virtutes omnibus in exemplum ab Ecclesia propitius sunt: Cumque Angelicus Doctor Sanctorum alio adscriptus sit, quamquam diversa ab eo sentire liceat, et tamen contrarium in agendo, ac disputando rationem intrare omnino non licet. Nimirum intere publicae tranquillitatis, proximorum sedificationis, & Caritatis, ut e Catholicorum scriptis abist livor, acerbitas, a christiana institutione ac disciplina, & ab omni honestate profus aliena. Quamobrem in hujusmodi Scriptorum licentiam graviter pro munere suo censuram intendant Revisores Librorum, eamque Congregationis Cardinalibus agnoscendam submittant, ut eam pro zelo suo & potestate coarcent.

Quae haecenus a nobis proposita ac constituta sunt, Praedecessorum nostrorum Decretis plane consona, Congregationum quoque nostrarum legibus, & consuetudinibus comprobata, in Librorum examine ac iudicio instituerunt, Apostolica auctoritate deinceps servari decernimus: Mandantes universis & singulis, qui in praesentis Congregationibus locum obtinent, seu illis quomodolibet operam suam praestant, ut adversus praemissa sit a Nobis statuta nihil edicere, innovare, decernere, ac tentare praesumant, at adversus Nostra vel Successorum nostrorum pro tempore existentium Romanorum Pontificum expressa facultate.

Non obstantibus contrariis quibusvis etiam Apostolicis Constitutionibus, & ordinationibus, necnon eorumdem Congregationum, etiam Apostolica auctoritate, seu quavis firmitate alia roboratis Decretis, visibus, statutis, & consuetudinibus etiam inmemorabilibus, ceterisque in contrarium factis quibuscunque.

Nulli ergo omnino hominum liceat paginam hanc Nostrorum Decretorum, Mandatorum, Statutorum, voluntatum, ac derogationum infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptaverit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se noverit incursum.

Datum Romae apud Sanctam Mariam Majoram Anno Incarnationis Dominicae Millesimo septingentesimo quinquagesimo tertio, septimo idus Julii, Pontificatus Nostri Anno tertio decimo.

1000

versus eos Regulas prohibitionumque fecerit, et quidem qui haereticorum libros, vel eorum auctoritas scripta propter haereticum, aut falsi dogmatis suspicionem damnata, atque prohibita legent, habuerint, ipso iure in excommunicationis poenam incidunt, eamque ob causam in eum tanquam de haereticis suspensum inquiri & procedi liceat: praeter alias parvas super hoc ab Apostolica Sede sacrisque canonibus constitutas. Qui autem libros alia de causa prohibitos legent, habuerintque, praeter peccati mortalis reatum, Episcoporum arbitrio severe se noverit puniendum.

In excommunicationem Bullae Cenae incurrunt legentes, retinentes quoscunque libros Lanteri, Calvini, aliorumque Haereticarum, de quacunque argumento tractantes, sive ex professo de religione agant, sive non, sive haeresis imperias habeant, sive non hoc autem nomine designantur, qui novas haereses, & factas condiderunt, aut veteres iam sepultas, & extinctas iterum instaurant, aut suscitant. Quod quidem nomina ipsa designant Haereticarum, Capitis, & Ductus in prima regala indicis expressa. Eandem excommunicationem trahunt legentes, habentesque libros quoscunque haereticorum ex professo de Religione tractantes. Trahunt autem ex professo de Religione, agentes de Sacra Scriptura, de Theologia Dogmatica, Scholastica, & Morali, de Juris Canonici, de Historia Ecclesiastica, de Clericis, de Monachis, de Sanctorum Cultu, de Sacramentis, de Sacris Ritibus, deque aliis ad Religionem pertinentibus. Itaque, qui sciunt, hoc est, scientes Auctores esse haereticos, vel libros esse ab Ecclesia vetitos, hujusmodi libros legunt sine debita licentia, sive id ex mera curiositate, sive etiam animo refellendi errores id agant, excommunicationem aeterna dictam subeunt; dummodo parvas materias non excuset. Eandem incurrunt eosdem scientes, etiam ad morum ornatum Bibliothecae, imo & qui apud alios quoque retineant, qui facultatem habent, recito dominio, nisi id per breve fit temporis spatium, quod aliquantulum extendi potest, dum justa causa ad id sit obtinenda facultatis. Excutitur quoque excommunicatio illa ad eos, qui operam ad horum Librorum editionem conferunt, ut sunt Typographi, qui sumptus suppeditant, qui zenas literas jungunt, & componunt, qui praesto excudunt, quique typos perlegunt, & corrigunt. Accedunt ad eos, qui hujusmodi libros detendant, defendere autem dicuntur libros, qui eorum prohibitionem impediunt, quia eosdem utiles honestaque esse, non vero damnandos praedicunt; aliaque agant, quae ad illorum defensionem pertineant. Si omnes in dicta excommunicatione includunt, alteram Bullae, cuius absolutio Summo Pontifici reservata est, alteram Indicis, quae non est reservata.

Dum vero libri sint ab haeretico homine scripti, de Religione vero non tractent, sed Philosophiam, Rethoricam, Historiam Prophetiam, Medicinam, aliaque inferiorum facultatum exponant, si a Theologis, aliaque iussu Episcoporum, vel Inquisitorum, examinati, approbati sunt, omnino permittuntur. Tunc enim praesumitur aut nullos habuisse errores, aut fuisse jam expurgatos. Quia vero quotquot exeunt ex haeretico officiali, iuxta praescriptum Regularum Indicis editi non sunt, omnes cuiusque argumenti per regulam x. proscripti est.

Antoine Trol. Moral. Tom. II. P. I.

te videntur. Sed ad Catholicorum loca delati universi veluti permixti haereticis, donec Ecclesiae iudicio in damnatorum catalogum referantur. Id autem non alia de causa, ut ego arbitror, nisi quod per Revisores deputatos ad examen Librorum, qui in catholicorum civitates introducuntur, veluti examinati, probati sunt habentur. Quamobrem graviter peccant Revisores, si suspectos hujusmodi libros examinare negligant, ac Mercatores etiam Librorum, aliaque, qui scientes illos & suspectos Typographos prodiide, eisdem de industria deputatis Revisoribus occultare student. Nam praeter quam quod contra Ecclesiam lesam agunt libros illos examini subijciunt, in causa sua ut noxii libri & simpliciorum manibus, aliaque, quos seducere, ac deceptare possint, iuxta Ecclesiae voluntatem non eripiantur. Peccant iidem, & quidem graviter, qui hujusmodi libros legentes, in illis vel haereses, aut errores alios Religionis, pietatae contrarios offendentes, eos denunciare negligunt Sacra Congregationi, vel Episcopis, aut Inquisitoribus, ut in catalogo prohibitorum referantur. Immo illi libri alienitatem a Religione argumenti, de Philosophia ex gr. vel iure civili, tales sint ut haereses plures capias incitent, vel unam eandemque crebro inflectant, ac persolvende conentur, acuti passim invenire solent Novatoribus, qui habentur pro libris de Religione tractantibus, inquit doctissimi P. Gretseri, ac jam damnati sunt per generalem legem, tum Bullae in Gratia Domini, tum Indicis, illisque tenentes, ac legentes sine necessaria licentia, postquam noverint hujusmodi esse haereticos infectos, atque ab Ecclesia damnatos haereticorum libros in poenis incidunt illis legibus contentas. Nam omnium iudicio pro haeretico libro, si intelliguntur, qui de Religione tractant, & haeresis continent: non unam, vel alteram, sed plures esse eandem sapient, & cum audio repetantur & incalcantur: hujusmodi itaque libri, est in catalogo prohibitorum non leguntur, tamen ut haeretico libri ipso iure damnati sunt. Addit etiam citius Gretserius lectionem libri, qui de Religione non agit, sed aliquam haeresin tantum obiter continet, excommunicationem secuti ferre Indicis tantum, ab auctoritate parviter.

Si liber, qui de Religione non tractat, ab Catholico Auctore, sub excommunicationis prohibita, reservatoque veto ac Bullae Cenae mentio non fiat, excommunicatio illa reservata non est.

Nota 1. In Bulla Cenae non prohibentur libri Theologicorum, Juridicorum, & Mathematicorum: nam illi haeretico non nisi non veniunt. Libri de Astrologia iudiciali, ac divinatione de rebus contingendis futuris, prohibentur a Sixto VI. per pena excommunicationis late sententiae Summo Pontifici reservatae. Celebratior Theologi censent, nomina Librorum haereticorum venire etiam libris Phisiorum, Armenorum, Jacobitarum, & recentiorum Nestorianorum, quia illi non sunt sub obedientia Romani Pontificis, licet haeretici, atque eorum libri ita Religioni sunt inimici, & ad seducendum apti, ut praesum omnino debeat, Ecclesiam, & Apostolicam Sedem, illorum quoque lectionem vitare voluisse. Haec quantum ad poenas, nunc de Decreto non VI, & auctoritate agendum est. Id vero nonnullorum dubiorum solutione praesumimus.

Nota 2. Constit. plures cit. Omnia sollicitudinem, D



num, Christifidelibus in Regno Madurensi, alique finitimis Regionibus, interdicitur, *Gentilium libros legere, & venire sub pena excommunicationis lata sententia, nisi prius habita licentia Parochi, & Missionarii curam animarum exercentis, quorum prudentia committitur facultas scriptos dispensandi, & libros (qui forte sunt) necesse suspensione vacanti, nibi contra bonos mores traditiones, Christianorum usum eligendi, eorumque lecturam permittendi.*

Quaest. I. Utrum in prohibitione libri etiam manuscripta prohibita continentur?

Resp. Affirmat. Nam vel libri sunt haereticorum, qui de Religione tractent, vel sunt libri Catholicorum in catalogum prohibitorum Ecclesiae sententia relati. Utrique autem prohibiti sunt, five manuscripti, five typis editi circumferantur. Ad haereticorum libros quod spectat, quis ignoret ab Ecclesia in Bulla Coenae, & in generalibus regulis Indici omnes damnari haereticorum libros, qui de Religione ex professo tractant? Itaque si manuscripta haereticorum de Religione ex professo agant; dubitari non potest, quin generali illa lege prohibita fuerint. Deinde nemo negat, librorum nomine etiam manuscripta venire, quae hoc nomine designantur, dum nondum haberent ars typographica, ac etiam nunc exprimi solent. Denique, nemo ignorat Ecclesiam hoc proferbere librorum, ut periculis, quae ex eorumdem lectione imminut, Fidei libere.

Itaque Ecclesiae suis fuit hac prohibitione Fideles a lectione Scripturarum haereticorum avocare, ne simpliciores corrumperentur, ne ipsi etiam docti in varios errores abierent, ut loquitur Pius IV. in saepe citata Constitutione. At si manuscripta non prohibentur, incommoda haec non evitaret. Nam possent haereticis sola manuscripta divulgare, aut aliter curare possent ut haereticorum libri ita deservirentur, siquae omnia prohibitionem eluderet. Accedit etiam, quod Ecclesia per hanc prohibitionem non minorem adhibeat sollicitudinem, quam adhibuisset ante inventionem artis typographicae, ut a Fidei manibus noxios libros praecripat. Ergo omnem profus lectionem vetat, etiam manuscripti. Ita sane omnes doctores, & qui sunt in hisce rebus magis versati, sentiunt, & ut nimis laxam contrariam opinionem rejiciunt, atque ut omnino commentitium habent declarationem Sac. Cong. ab Adversariis adsertam.

Si liber vero prohibitus, aut de Religione non tractet, vel sit Auctoris Catholicus, cum non damnatus sit, quia typis editus, sed ob noxiam quam habet doctrinam, quis non videat etiam manuscriptum prohibendum esse?

Quaest. II. Utrum libri Catholicorum prohibiti in uno, sint etiam in alio Idiomate vestiti?

Resp. Affirmat. Nam regula praescripta a Clemente VIII. s. ita habet: *In universum autem dema illi, & perniciosis libris id declaratur atque sanatur, ut qui certa lingua inchoati editi, & deinceps prohibiti, et damnati a Sede Apostolica sunt, eosdem quoque in quacumque postea veritatis linguam, censeri ab Apostolica Sede sub eisdem penis interdictionis, & damnationis.*

Quaest. III. Quinam concedere debeat legendi libros prohibitos facultatem?

Resp. Jus concessum Episcopis, & Inquisitoribus sublatum esse per Constitutionem Gregorii PP. XV. incipientem *Apostolatus officium*, in qua statuitur, *ne de cetero, similes licentia, nisi a Congr. Sancti Officii concedantur.* Deinde istud ius concessum fuit Sac. Congregationi Indici, habetque Magister Sac. Palatii pro Roma, & ejus Districta. Hoc autem notatum voluit, ut Lectores intelligant non posse laicorum Ordinarios habere licentiam concedere, nisi illius concedendae facultatem habuerint ab Apostolica Sede, *quae inferior non potest legem Superioris tollere, necesse abolvere a respectu Regum, ut optime advertit Navar. l. 1. consil. tit. 2. consil. 1. q. 3. 6. & quia per Superiorem Constitutionem hujusmodi jus Apost. Sedis reservatur.*

Quaest. IV. Utrum Decreta, quibus Romae prohibentur libri, obligent omnes annos Fideles?

Resp. Affirmat. Primum id liquet ex verbis saepius citatis Clem. PP. VIII. ubi dicitur libros prohibitos a Sede Apost. in quacumque veritatis lingua, censeri ab eadem Sede ubique servari sub eisdem penis interdictionis & damnationis. Deinde, hujusmodi Decreta approbati solent a Summis Pontificibus, ac de re sunt, quae ad omnes Fideles pertinet; eujusmodi est Fidei, & morum doctrina. Quis vero dicat, Decreta edita a Summis Pontificibus, quales sunt Cardinales, & approbata a Summo Pontifice, qui sententibus omnibus Catholicis, auctoritatem, & jurisdictionem habet in universam Ecclesiam, vim non habere obligandi omnes Fideles? Ab eo enim approbata vulguntur, qui potestatem, & animum obligandi habet. Nec dicas recepta non esse, vel non esse facta vulgata. Quis enim dicat ex ovium acceptance vim pendere legum, quas pro communi bono Supremus Ecclesiae Pastor constituit, quibus veli omnes omnino obligare? Vel satis vulgata non esse Decreta, quae ita publicantur, ut facile ad omnium notitiam pervenire possint? Nam praeterquam quod Decreta hujusmodi typis consignantur, ut facile per manus Episcoporum ad omnium notitiam pervenire possint, libri praescripti Indici librorum prohibitorum inseruntur, ut quae Fideles omnes facile intelligere possunt quinam sint libri Apost. Sedis Decreto damnati.

Denique, id eadem Sac. Congreg. definit die 4. Decembris anni 1744. in solutione dubiorum, quae fuerant ex parte Episcopi Malacensis proposita, quorum primum erat: *An Decreta Sac. Cong. obligent etiam in Regnis Hispaniarum?* Alterum vero: *An Episcopi procedere possint contra transgressores horum Decretorum?* Sac. Congreg. respondit ad 1. id non posse verbi in dubium, cum Decreta hujus Congregationis obligent universos Christianos. Ad 2. quod Episcopi possint procedere contra transgressores, utendo propria auctoritate.

Nota. Si alicui ex Sedis Apostolica indulgentia, vel tolerantia usum recepte non sint regulae Indici, ac Bullae Coenae, nisi inferri poterit, legentes libros prohibitos non incurrere in censuras in illis expressas. At certum est graviter peccare contra Ecclesiae praecipuum, quae semper vetuit horum librorum lectionem, quoque eandem per Romanum Pontificem inculcat, & renovat. Hinc boni probeque Catholici ex omnibus partibus recurrere solent ad Apostolicam Sedem, vel ad habentes ex ea facultatem, ut legendi vetitos libros liceat.

## DE VIRTUTIBUS THEOLOGICIS.

centiam obtineant. Reliqua vide apud Auctorem. Quaest. IX. Quid est apostasia a Fide?

Resp. Est totalis defectus a Fide Christiana per baptismum suscepta. Iidem omnino penis quibus haeresis, subjicitur; nam est vere haeresis, cum discedatur a Fide suscepta; quod autem discedatur totaliter est augmentum quoddam in eadem specie.

Præter illam, triplex est alia Apostasia, nempe ab obedientia, ab ordine clericali, & a statu Religionis. Apostasia ab obedientia, si late sumatur, reperitur in omni peccato mortali: si strictè, consistit in eo, quod quis jubere preceptis superiorum suorum seopponit, & obediens recusat. Apostasia ab Ordine consistit in eo, quod quis sacro Ordine initiatus deserit habitum clericalem, ut more laici vivat. Apostasia a Religione est recessus a statu religioso ad statum vite secularis, dimisso habitu Religiosis, vel cum animo non redendi.

Quia a Turcis capti sunt in puerili etate, nec de rebus fidei ad salutem necessario credendis in quibus edoceri, putaverunt seclum Mahumetanum esse bonam, & secundum eam viventes salvari, si redeant ad fidem Catholicam, non abjurant, sed expediunt cum professione fidei, absolute a censuris ad cautelam, & cum instructione. Congreg. S. Officii 12. Maji 1604. Non enim censetur Apostata formalis, quia nihil de fide audiverit, desitque vox exterior docens. Si autem in Apostatiam incidere adulti, aut sciemer ratum habuerunt Apostasiae delictum, recipiendi sunt tanquam Apostatae formales, cum comminatione penarum in casu relapsus. Eadem Cong. die 18. Sept. 1755. Nunquam tamen Apostatae a Fide Catholica, capti a Christianis super Navem Turcarum permittuntur redimi a Turcis. Eadem Cong. die 20. Martii 1591. adeo ut cum Turcae declarassent cuidam Republice se non permitturos redimi illius subditos in captivitate manentes, nisi fidei sibi esset redimere quandam Apostatam Christianam ab ejus tremibus captam. Cong. S. Officii facultatem ab eadem Republica petam restituendi Turcis eumdem Apostatam denegavit die 28. Novembris 1607.

Quæst. An Apostata a fide, si deinde capiatur a Christianis super navigium Turcarum, liberatur donatus sint, vel remanent servus?

Resp. Si capti sunt in puerili etate, & apostatant, remanent liberi. Eadem Cong. die 8. Febr. 1624. Si adulti, distinguo: si quidem piraticam artem exercentes contra Christianos, sunt captivi: Si autem capiuntur super navigio mercatore non apto ad pugnam contra Christianos, retinendi non sunt uti captivi sub preterito Apostasiae. Eadem S. Cong. die 17. Martii 1649. & 15. Junii 1653. Rursus cum capiuntur pugnant contra Christianos, inspicendum, an coacte pugnaverint. Si quis enim probaret navem ascendisse, ut facilius ad Christianorum Regiones transiens, Catholicis fidei se restitueret atque piraticam artem adverteret Christianos coacte exercuisse, reconciliandus esset, atque libertate donandus. Eadem Cong. S. Officii die 1. Febr. 1629.

Adulti qui a Christiana fide abscesserunt, si deinde ad eandem revertantur, non tenentur Apostasiam suam coram Infidelibus publice cum periculo vite retrahere; sed satis est, ut coram Fidelibus expresse id faciant: implicite vero apud infideles de-

ponendo habitum qui sit protestativus falsæ sectæ, & abstinent ab actibus infidelitatis. Ita respondit S. Congr. S. Officii ad 1. ex dubiis propositis a P. Francico Longobardo Ordinis Minorum Missionario Tuneti in Africa. Dubium autem propositum, hoc erat, utrum Apostatae a Fide ad penitentiam redeunt cogendi sint ad retractandum explicitè, & publice coram infidelibus cum periculo vite, sicut negatur fidem, an vero sufficiat coram Fidelibus publice, & explicitè abjurare Apostasiam in propriis balneis (quæ sunt captivorum carceres) & implicite apud infideles attingendo ab actibus infidelitatis, & deponendo habitum? Sac. Cong. censuit Apostatas a Fide ad penitentiam redeunt non teneri ad abjurandum Apostasiam publice coram Infidelibus, sed sufficere, ut eam abjurer in balneis carcerum, abstinendo ab actibus infidelitatis, & deponendo habitum Infidelium, quatenus sit protestativus falsæ Religionis. Si vero sit equivocus; possit abjurer quod si illa delatione ratione persona aliqua oriatur suspicio, teneri anjurgere, cum primum poterit.

Quia vero aliquando contingere solet, ut Apostatae penitentes in discrimine vite constituti ascendant Missionarium, a quo secretam penam absoluteionem, ne si mortuus suam penitentiam aperiens, ad actus falsæ Religionis inducatur ab Infidelibus, propterea laudatus P. Longobardo petitur tertio loco a Congreg. S. Officii: Quomodo se gerere debeat Confessarius erga Apostatas penitentes in articulo mortis constitutos, cum ab illis secreto arestitur, ut secreto absolvat? Ratio difficultatis est, quia in illo articulo solent ab Infidelibus familia, vel Sacerdotibus induci ad actus falsæ Religionis, nec possunt abjurer abique mortis periculo. Sac. Cong. censuit: Confessarium debere abolvere Penitentem Apostatam in articulo mortis constitutum, abjurata prius verbo Apostasia in foro conscientie. Et si per aliquod temporis spatium supervixerit, & poterit, reliquos chirographum sine detractionis declarationum, saltem signo crucis confecturum. Quod si neque hoc possit, committat Confessario, ut suam abjuratorem Fidelibus manifestet. Non autem teneri curare Apostatam Penitentem in articulo mortis constitutum, & suadentibus Turcis, cum periculo vite fidem Catholicam, quam tunc, abjurata Infidelitate, amplexus est, censeri, sed coram suasionibus eludere, vel non respondendo, vel equivocis verbis utendo.

Ad hanc questionem iterum motam an. 1725. de Neophyts Tunkenibus apostatis ad Christianam Religionem redeuntibus, Cong. S. Officii die 16. Novemb. eisdem anno confirmato decreto modo allato in eandem sententiam respondit: Neophyts Tunkeniens per publica Apostasia tenentur tantum sententia abjurare coram Christifidelibus: & abjuratone peracta, admittantur ad Confessiones Sacramentalis inunctis penitentibus salutaribus arbitrio Confessarii, & servetur Decretum ab hac S. Cong. editum die 28. Julii 1630. tenoris sequentis, videlicet. Sac. Cong. censuit, Apostatas a Fide ad penitentiam redeuntis, ut supra: Subinde perenti Commissario, & Visitatori Apostolico Missionum Tunkeni, utrum per verba illa admittantur ad Confessiones Sacramentalis, intelligatur confessio, propterea pars Sacramenti tantum, vel intelligatur integrum confes-



sonis Sacramentum completens etiam abolitionem? Eadem Sac. Congr. die 3. Septemb. 1766. respondit: Per illa verba admittitur ad Confessionem Sacramentalibus intelligendum esse de Confessionibus Sacramentalibus completentibus abolitionem a peccato.

APPENDIX.

De communicatione in divinis cum Hæreticis, & Schismaticis.

Hi Schismatici, & Hæretici nonnulla Christianæ religionis dogmata profitentur. Sacramenta valde plerumque admittunt, ac ritus nonnullis habent cum Orthodoxis communes; tamen cum ipsi in religionis functionibus communicare non licet, ne unitate cultus, venerationis, ac precum cum iis uniti, qui tamquam partem membra ab Ecclesie corpore abieci sunt, argue evulsi, orthodoxos fidei renunciare, atque idolatra, vel hæretici probare, & sequi videantur. Id satis indicatum est, tam ab Auditoribus duobus precedentibus capitulis, quam ad c. 2. adiectionis, appendicis, tum etiam a Catholicis religionis Ministris, qui orthodoxos instruant, & regunt in Hæreticorum, Schismaticorumque regionibus comparantes facilius intelligant nullo preterito, nullaque humana auctoritate communionem hanc posse permiti, non quidem cum Schismaticis, & Hæreticis Orientis, qui nominatim non sunt denunciati, grimum motiva illa indicabimus, quibus communicatio hujusmodi iure naturali, & divino prohiberi demonstrantur; deinde vero hæc generalia principia ad particulares casus applicabimus, in quibus Supremæ Inquisitionis decretis definitam est, communionem hæc esse omnino devotandam.

Primo itaque certum est, ut cap. 2. abunde demonstravimus, nullo modo licere exterius orthodoxam fidem negare, vel falsam sectam simulare, quippe cum Hæreticis, vel Schismaticis in Sacris præsentibus communicando, hujusmodi communionem, factis ostendat suo, sese orthodoxo religioni, a qua illi rejecti sunt, & avulsi, renunciare, atque eorumdem Sacram approbare, ut saltem hæretice, vel schismaticæ Communions ex teris sese manifestare, & simulare.

Secundo quidem proximo peccandi occasionem præbet, malum de se est, siue naturalis lege prohibebit, Communions autem in divinis cum Hæreticis, & Schismaticis proximo occasionem peccandi præbet: nam Hæreticis, vel Schismaticis occasio est, ut credant ipsum probare tanquam veram eorum sectam, & fidem; quo fit, ut magis in errore confirmetur: Catholicis occasio est, ut potent fidei orthodoxam neppure: ac præterea exemplo suo etiam simpliciores ad communicandum alliciat, in quibus maximum est subversionis periculum.

Tertio periculum perversionis quique vitare tenetur: communicatio vero in divinis cum Hæreticis, & Schismaticis pota a perversionis periculo fecta est. Vix enim fieri potest, ut frequenter hujusmodi communionem ex animo adferentem illam non abiciamus, qua hæreticam, aut schisma de-

testari tenemur. Atque ex historia Missionum constat, ob hæc communionem plures præsertim in Oriente perverfos esse. Accedit etiam, quod hujusmodi communicatio raro in Oriente haberi potest, nisi communicetur vel in ritu schismatico, & hæretico aut in adibus protestantis falsæ fidei. Nam Schismaticorum, atque Hæreticorum hujusmodi Ecclesias vel dicant sunt Schismaticis, vel Hæreticis, quos impie colunt, ut Sanctos, vel horum imagines, atque reliquias habent, vel secta in istorum honorem celebrantur, vel denique in Sacris liturgiis inter Sanctos recententur. Præterea in istisdem Interis commemoratio fit viventium Episcoporum, & Patriarcharum, qui Schismatici, vel Hæretici sunt, itaque tanquam eximii orthodoxæ fidei prædicatores laudantur. Atque hæc pater quam difficile sit cum hujusmodi Schismaticis, & Hæreticis in divinis communicare, quia vel in ritu communieus schismatico, & hæretico, vel in adibus, qui schismatici, & hæreticos protestantibus sunt. Si qua par est attentione expendatur, quolibet, ex indicatis motibus per se sufficiens esse, ut omnino illicita sit communicatio in divinis cum Hæreticis, & Schismaticis, facile quisque intelligat, nunquam in casu prædicto, ut apud, posse esse licitam. Qui fieri potest ut cum Hæreticis in sacris functionibus conveniamus, quibus vel occasio adit periculi subversionis, vel occasio scandali, vel communicatio in ritu schismatico, & hæretico, vel approbatio quedam exterior, & simulatio falsæ fidei, aut saltem, quia aliquis honor deferatur falsæ, & omnino detestandæ sectæ? Atque hæc pater iure atque merito, Sac. Cong. tanquam hujusmodi communicatioem improbare, ac semper ad dubia hæc super re posita respondere, non licere.

Hæc satis sunt ad ostendendam illicitam esse hujusmodi communionem, nec ulla posse humana auctoritate permiti; sed pro majori Missionariorum instructione decreta nonnulla indicabimus. Sac. Cong. quibus in casibus ab istisdem propositis omnino illicita decernitur.

Primo itaque Sac. Congr. Suprem. Inquis. die 2. Decemb. 1658. iussit ut scriberetur Episcopo Tribigini: Episcopus mandet Catholicis sibi subiectis, ne accedant ad missas, & missa Officia Divina in Ecclesiis Schismaticorum, easdemque innotat in casu Javerensi Missæ Catholicorum non tenent præcepto Missam audienti. Et perentibus PP. Cappuccinis Constantinopoli commorantibus: An eodem Decreto, quo prohibetur Catholicis Schismaticorum Missæ, & eorum orationibus interesse, intelligantur etiam propriis locis, in quibus non reperitur. Sacerdotibus Catholicis, de orationibus nihil contra fidem Christianam Catholicam continentibus? Eadem Sac. Congr. respondit Affirmative die 7. Augusti 1704. Eodem modo ad similia dubia respondit Ann. 1710. 6. Augusti, quo pro Armenis Catholicis fuerat proposita.

Secundo. In Hæreticorum, & Schismaticorum Ecclesiis, Oratoria, & conventicula convenire non licet Divini cultus causa, siue ad audiendas Hæreticorum conciones, vel vitandæ persecutionis, aut cuiusvis damni gratia; vel ex curiositate; aut etiam animi detegendi eorum errores, quo factis confutari queant. Verum hæc Paulus V. Kal. Octob. An. 1669. Epistola data ad Catholicos Anglos. Et Sac. Cong.

Cong. Suprem. Inquis. die 27. Maji 1672. decrevit nullo modo licere Catholicis Hæreticorum concionibus interesse, neque militibus, testimonium frequentationis concionum Hæreticorum exhibere, in signum recipiant; & nisi ab iis abstineant, non esse dispositos ad Sacramentum Penitentis.

Tertio. Non licet Sacerdotibus catholicis in Ecclesiis Hæreticorum, vel Schismaticorum sacrificium Eucharisticum, vel divina officia celebrare; Sac. Congr. de Prop. Fide 21. Maji 1627. Consulti non debere Missionarios divina celebrare in Ecclesiis, in quibus Hæretici sua profana, & sacrilega exercitia habent, ut tamen Catholicis fiat factis, super altibus portatilibus in privatis domibus postis sacrum peragendum esse. Et 13. Augusti 1627. Mandavit scribi Archiepiscopo Saldensi, ut provideret ne in Ecclesia Sancti Joannis de Carolina diocesis Castrensis Catholicis cum Græcis Schismaticis divina celebrarent, nam quomodo Altaribus diveris usantur, tamen propriæ Ecclesie identitatem esse communicare cum Schismaticis in divinis. Neque licet permittere Hæreticis, & Schismaticis, ut in nostris Ecclesiis celebrant, licet antea prius sit petra facta. Et ead. Cong. die 26. Sept. 1657.

Quarto. Non licet extra casum necessitatis Sacramenta ex Hæreticis recipere; est enim iis jurisdictionem tribuere, qua caret, atque illdem ut veris Ecclesie Ministris honorem deferre. Hæc Sac. Congr. Suprem. Inquis. die 16. Sept. 1658. definit, non licere catholicis Hollandiæ proles suas hæretico Ministro baptizandas offerre, ne cogatur multam 25. Florenorum Fisco solvere, neque ex iis Calvinisticam cenam sumere, quamquam animo eam quiddam prophanum essentent. Die 10. Julii 1708. decrevit, Catholicis Armenis Alippi non licere, ne quidem semel in anno, sumere Communionem Eucharisticam a Sacerdotibus Armenis Schismaticis. Et 1709. die 28. Augusti, statuit Nullo modo licere ex Episcopo Schismatico Sacro Ordine suscipere, atque ordinatos ab hujusmodi Episcopis esse regulares, & suspensos ab exercitio Ordinum.

Quinto. Non licet, Schismaticorum ritus commitari, ex Decr. 20. Martii 1628. neque operam suam cum illidem continere ad sepeliendum cadaver Schismatici, vel Hæretici in Ecclesia catholicorum, vel etiam catholici iuxta ritum Schismaticorum, ex Suprem. Inquis. Decret. 23. Julii 1609. & c. Novebr. 1647. Nec denique, orare cum Schismaticis pro eorum defunctis; id enim est probare, schisma ostendendo in eo, siue extra veram Ecclesiam esse semper æternæ salutis, atque honoris Schismaticæ fidei deferre.

Ad majorem vero instructionem addere placuit integram nonnullorum ditionum solutionem, qua prodit ex Suprem. Inquis. die 10. Maji anni 1763. queque ita se habet.

Ad primum tempus: An liceat Catholicis Latinis concedere, vel permittere ut in eorum Ecclesiis Missam celebrent Presbyteri Græci ritus Schismatici, & hæretici, atque hoc admittere in similibus Catholicorum defunctorum? Quod primum partem dicti dubii respondendum non licere, maxime cum Patriarchæ Constantinopolitani commemorationem faciant, & festum celebrent infamis Pa-

lami; id enim perinde est, ac consentire eorum hæreticis ritibus & communicare cum eis in eorum Sacris sacramentis, & hæretico sursum pollutis, aut saltem occasionem præbere catholici ad latinas intervenientibus Ecclesiis communicandi cum hæreticis in divinis rebus, aut ad minus scandalum concipiendi. Quo vero ad secundam partem ejusmodi dubii, quatenus Schismatici committunt funera catholicorum meram presentiam materiam exhibent causa honoris civium erga defunctos, quibus non immitteatis precibus, aut ritibus catholicis, quibus mos est funera esse, & defunctos ad sepulcrum deducere, tolerari posse; quatenus vero in illa functione proprios ritus adhibeant, vel nescitis se immitteant, non licere, nec esse permitendum.

Ad secundum nempe: An liceat Catholicis Græci ritus non habentibus Catholicam Ecclesiam ejusdem ritus communicare in Divinis cum Græcis Schismaticis & Hæreticis? non licere: quia in casu prædicto non confugere possent ad Ecclesiam catholicam Iamthoræ, & in defectu Sacerdotis catholici ritus Græci a Sacerdotibus Latinis Sacramenta suscipere. Ad tertium nempe: An liceat Confessarios, vel Sacerdotibus Latinis administrare Sacramenta Penitentis Græcis Catholicis communicantibus in Divinis cum Græcis Schismaticis? non licet extra casum extreme necessitatis.

Pro majori vero instructione illius, qui ex Peloponneso dubia propulerat, aliorumque Missionariorum, eadem Sac. Congr. Supr. Inquis. transcribit mandavit id quod Sanctissimus ad materiam docuit in ejus Tractatu de Synodo Diocesi, lib. 6. c. 5. libi. Et nihilominus ea est missæ nostrorum temporum conditio, ut multis in Provinciis, in quibus hæreses aut dominantur, aut grassantur impone, avaram Catholicis subest necessitatem cum hæreticis conversandi, & familiariter agendi. Peram quamvis iuxta presentem disciplinam inducantur a Martino V. in celebri Extravag. Ad evitanda, de qua nonnulla inferius, licet Catholicis cum hæreticis, modo non sint expressè, & nominatim denunciati, licet conversari, & cum illis communicare in rebus rebus prophanis, & civilibus, non idcirco tamen arbitriari debent Catholicis, ut quoque sibi esse cura istam hæreticis consortium habere etiam in rebus Sacris, & Divinis, quidem Paulus V. post mandatum vel dissolutionem, nevisum licere dispensat. Catholicis Regni Angliæ hæreticorum Templâ adire, ritibusque interesse, quos inibi exercent: nisi licere est in duobus Decretis ab eodem Pontifice editis, non scilicet anni 1606. altero anni 1609. que referuntur a Cardinali de Laurea in 2. part. 2. tom. 3. disp. 11. art. 9. h. 4. n. 291. Haud equidem ignoramus, non deesse Theologos ad omni culpa abhorrentes Catholicos, qui cum Hæreticis, & Schismaticis nominatim non denunciatis communicant in divinis, atque etiam Sacramenta ab illidem recipiunt, dummodo hæc simul concurrant verum circumstantis: Primo scilicet, ut ad prædictam communicationem Catholicos adigat gravissima, & urgentissima causa: Secundo ut Hæretici, aut Schismatici, a quibus Sacramenta exposcant, per valide ordinati, ut Sacra administrant ritum Catholicum, absque ulla admixtione ritus damnati.

Tertio ut communicatio cum illis in Divinis non sit externa protestatio falsæ dogmatis, quæ sit in-



*intra in Protestantia Ecclesias, cum Catholicis Anglie illam inhibuit Carolus V. id. quippe Regi edicta omni videri solentur. Hereticorum Templum vili passio se cum Protestantibus sentire fateantur: Quare demum, et catholicorum cum Hereticis communicatio in Divinis nulli foandalium ingerat. Verum in primis prædicta Theologorum sententia non habet adversarios, neque ab omnibus admittitur tamquam in præci secunda deinde etiam admittitur, cum omnes evincunt circumstantiis suis, & consuetudinibus delectant, ut Catholicorum cum Heterodocis in rebus sacris societas quæi vacet culpa, quemadmodum docent Sylvius in 3. part. S. Thomæ to. 4. qu. 64. art. 6. qu. 3. concl. 3. Card. de Lugo de Fide disp. 22. sect. 1. nu. 11. Thomas a Jesu Tractatu de omnium Gentium salute procuranda lib. 2. part. 2. §. 4. vers. Sed major est difficultas pag. 556. Cardin. Albitius de Incontinentia in Fide cap. 28. nu. 30. & seq. Card. Gousin in 2. S. Th. qu. 4. dub. 6. §. 2. nu. 2. & qu. 3. de Infidelibus comparate ad Fideles dub. 3. art. 2. Idcirco fore impossibile est usquevenire, ut a baptisio exarsari valeant Catholicis, sese in rebus sacris cum Hereticis, vel Schismaticis adfinescentes. Quamobrem sacre Urbis Congregatione, S. Officii, & de Propaganda Fide, illicitam semper reputant communicationem, de qua est sermo, doctorem qui communicantur Inquisitionem nobis in ministeriis non deprecibus, quatenusque nostram operam parantibus, ad Missionarios, cum opus fuerit, transmittendam, ubi rationes excedantur a propo- quæi vix unquam accedere poterit ut in præci sit innotia Catholicorum cum Hæreticis communicatio in Divinis.*

P A R S II.

D E S P E.

**Quest. I. Quid est Spes?**  
*Resp.* Spes actualis est fiducia certa obtinendi beatitudinem æternam per media a Deo statuta: sive est actus, quo optamus, & certo expectamus a Deo per merita Christi beatitudinem æternam, sua possessionem Dei perfectam, & media illius assequenda: eo quod Deus sit summum nostrum bonum, auxiliator omnipotens, misericors, & fidelis in promissis. Spes habitualis est habitus per se infusus actuum spei ex auxilio gratie elicitus.

Hinc 1. Spes est virtus triplex, sive est actus æquivalens duobus actibus, quorum unus est tantum desiderium efficax beatitudinis, seu amor Dei ut summi nostri boni; & alter est contentus in prosecutione voluntatis aduersus difficultates in prosecutione beatitudinis occurrentes, fundata in auxiliis, & promissionibus divinis. At proinde Spei duplex est obiectum formale, seu motivum, unum totale constituitur: nam motivum desiderii est Dei bonitas relativa, cuius possessio potest nos perfecte beatere: motivum vero confidentie seu erectionis, est Dei virtus auxiliatrix, seu multiplex Dei perfectio, nempe benignitas, misericordia, omnipotentia, & fidelitas in promissis factis propter merita Christi. In Spei vite æternæ, quam promittit, qui non mere-

titur, Deus. Tit. 1. Deus meus, adiutor meus, & sperabo in eum. Psal. 15.

Hinc 2. Spei obiectum materiale primum est Deus possidendus; secundarium sunt media salutis a Deo infusa, nempe gratia, & bona opera ex viribus gratie facta, sine quibus Spes esset mera presumptio: Item bona temporalia, quatenus per bonum usum ex gratia Dei ad salutem conducere possunt: uno verbo, omnia que in oratione Domonica continentur. Deum autem possidendum esse obiectum primum Spei, patet ex Genesi. 25. ubi Deus dicitur Abrahamo: Ego... merces tua magna nimis. Et Joan. 3. Nunc Filii Dei sumus: & nondum apparetis quid erimus. Scimus quoniam cum apparuerit, similes ei erimus: quoniam vidimus eum facti esse: (& videndo fruitive amabimus). Et omnis qui habet hanc Spem in eo, sanctificat se. Unde S. August. lib. 22. de Civit. cap. 30. ait: Præmium virtutis erit ipse, qui virtutem dedit, & qui se ipsum, quo melius, & maius nihil posse esse, promittit.

Hinc 3. Ad Spem pertinet timor privationis gratie Dei, & ejus possessionis.

Dicit, Certæ, scilicet ratione sui, & quantum est ex parte Dei, qualitas impotentia, misericordia, & fidelitate Dei in promissis. Unde ad Hebræos dicitur: Anchora anime tua, ac firma. Est tamen incerta respectu nostri. Nam non sumus certi de nostræ cooperatione, & perseverantia ad salutem necessariam. Nescio homo verum amore, an edo dignus sit: sed omnia in futurum serventur incerta. Eccl. 9. Hinc illud ad Philip. 2. Cum meus & iramora vestram salutem operaverint. Possimus tamen & debemus sperare perseverantiam finalem: nam ad hoc sufficit, quod tunc facta conditione, nempe sub hac conditione, si non defuerint gratia Dei. ER autem certo futura sub hac conditione, id enim docet Conc. Trid. sess. 6. c. 5. ubi de perseverantia finali loquens sic ait: Nemo sibi certè aliquid absolute certitudine pollicetur; tametsi in Dei auxilia firmisimam spem collocare & recuperare omnes debent. Deus enim, nisi ipsi illius gratie defuerint, sicut cepit opus bonum, ita perficere operans velle & perficere.

**Quest. II. An datum speciale præceptum Spei?**  
*Resp.* Affirm. Constit. 1. Ex Psal. 4. Spere in Domino. Et 2. Petri 2. Sperare in eam, que offertur vobis gratiam. Et 3. ad Tim. 6. Præcipue... neque sperare in incerto divitiarum, sed in Deo vivo. 2. Ex S. August. tract. 85. in Joan. De fide nobis quam multa mandata sunt, quam multa de Spe. 3. Quia Spes est medium ad salutem necessarium: Spe enim salvi facti sumus. Rom. 8. Estque dispositio necessaria in adulto ad justificationem obtinendam, ex Conc. Trid. sess. 6. c. 6. Deus autem præcepit omnia media ad salutem necessaria. Præterea Deus non vult lavare adultos sine propria cooperatione, que non fit sine Spe, per quam voluntas tendit in Deum ut finem summum bonum, & erigitur adversus difficultates que reperiuntur in virtutum exercitio. 4. Alexander VII. damnavit hæc propositionem: Homo nullo unquam vite sue tempore tenetur elicere actus Fidei, Spei, & Caritatis ex vi præceptorum divinarum ad eas virtutes pertinentium.

Præceptum Spei obligat ad eliciendos suo tempo-

re actus Spei, alioque connexos, & ad adhibenda omnia media necessaria ad beatitudinem consequendam; prohibere presumptionem, desperationem, & incuriam salutis.

**Quest. III. Quædam præceptum Spei obligat ad eliciendum actum Spei?**

*Resp.* Obligat per se & ratione propria honestatis. 1. Initio usus rationis, quando quis novit æternam beatitudinem, ad quam destinati sumus; nam tunc debet tendere ad suam beatitudinem ac suum summum bonum, & recte vitam suam institueret. 2. Quoties versatur in periculo desperandi, nisi actus Spei animum confirmet; nam eodem præcepto tenetur sperare, & non desperare. 3. Saepe in decursu vite; ut semper homo fit bene dispositus & corroboratus ad bonum faciendum & peccatum vitandum. 4. In periculo mortis: nam tunc preceperit, præferit Deum immediate spectantia, maxime urgent. Er tunc actus Spei necessarius est ad hoc confirmandum contra tentationes & dolores.

Obligat autem per accidens. Quando ex præcepto eliciendus est actus aliarum virtutum, ut orationis, penitentiae &c. que sine actus Spei exerceantur nequeunt. 2. Quoties urget tentatio, que superari non potest, nisi animus corroboretur per actum Spei. 3. Actus Spei requiritur ad justificationem peccatoris adulti.

**Quest. IV. Quænam sunt peccata Spei opposita?**

*Resp.* Sunt desperatio, presumptio, & incuria salutis.

Desperatio est diffidentia obtinendi beatitudinem, & media ad illam necessaria.

Presumptio est inordinata fiducia obtinendi a Deo beatitudinem aliter quam ipse statuit esse obtinendam. Est autem inordinata; 1. Cum quis incipit proprie virtuti & viribus, ut si presumat obtinere gloriam ex solis viribus nature per opera naturalia, ut faciunt Pelagiani. 2. Cum quis inordinatè immittit incompetentem & misericordie Dei, ut si speret, que Deus negare statuit, v. g. beatitudinem sine bonis meritis, ut faciunt Calvinistæ: vel si statuat perseverare in peccatis quamdiu bene valet, sperans se adurum penitentiam in articulo mortis, ut faciunt peccatores multi. Presumptio extenditur etiam ad tentationem Dei, de qua alibi.

Ad incuriam salutis pertinet ac animi abjectio, qua quis velle bonis terrenis perpetuo sicut.

Hæc peccata sunt per se mortalia, cum sint opposita virtuti theologicæ, & graviter injuriosa Deo. Ista duo occidunt animas, aut desperatio, aut perversa spes, ita S. August. ser. 87. de verb. Evang. nov. edit.

Hinc mortale est, 1. Non velle efficaciter, nec optare possessionem Dei. 2. Deliberate cupere perpetuo manere in hac via, & magis amare bona creata, quam possessionem Dei. 3. Ex nimio damnationis metu, & diffidentia de Dei gratia ac misericordia, absolute cupere annihilari, vel nunquam fuisse. 4. Desperare de obtinenda vita æterna, & de salute anime, & de utilitate virtutum, vel auxiliis gratie necessariis. 5. Sperare salutem sine bonis operibus ex gratia factis, vel ut debitam ab dotes, aut opera naturalia, ut veniam peccatorum sine penitentia. 6. Velle perseverare diu in peccatis ex spe misericordie divine, aut post lapsum in unum mortale multa alia committere, eo quod recte facile sit

obtineri veniam multoties, quam unus, quærens sua misericordia esse factor criminum, contra illud ad Rom. 2. Ignorat, quoniam benignitas Dei ad penitentiam se adducit. Secundum autem dicitur suam & impunitus cor, ubi auxilia vitæ in die ira &c. Nam hæc & similia sunt divini bonitatis, misericordie, vel potentie, vel glorie, vel providentie ac ordinationis, vel justitie graviter injuria.

ACTUS SPEI.

**S**ummopere, mi Deus, tui visionem ac fruitionem in celo desidero, quia tu es anime meæ summum bonum & unica beatitudo: & confido me hac perfecta beatitudine fructurum esse propter merita Salvatoris mei Jesu Christi, per bona opera ex eius auxiliis facta; quia tu Deus es benignissimus, misericordiosissimus, potentissimus, & in promissis servandis fidelissimus, atque vitæ meæ auxiliatrix.

P A R S III.

D E C A R I T A T E.

C A P U T P R I M U M

D E N A T U R A C A R I T A T I S.

**Quest. I. Quid est Caritas?**  
*Nota.* Amor proprie dicitur est affectus, quo voluntas adheret bono præcise qua bonum est. Dividitur in amorem caritatis, & concupiscentie. Amor caritatis seu benevolentie est ille, quo quis amat alterum propter ipsum, & bona illius tanquam bona illius, qui sibi complacet in illius persona propter propriam ejus perfectionem. Ille amor vocatur amicitia, quando persona amata similiter affectus erga personam amantem. Amor concupiscentie est ille, quo quis amat seipsum, & bona sua tanquam sua, vel alium tanquam sibi bonum.

*Resp.* Caritas actualis, que præcipitur, est actus amoris benevolentie, quo Deum supra omnia propter se, & nos ipsos, & proximum sicut nos ipsos propter Deum efficitur amamus, ex S. August. 1. 8. de Trinit. c. 8. Et una eademque caritate Deum proximumque diligimus, sed Deum propter Deum & nos autem & proximum propter Deum. Caritas vero habitualis est habitus per se infusus actuum caritatis cum auxilio gratie elicivus, seu permanenter habitans ad actus caritatis eliciendos.

Quare ex communi sententia, caritatis obiectum materiale primum est Deus, secundarium nos ipsi & proximus. Nam eodem habitu caritatis, quo Deum amamus, etiam nos ipsos & proximum propter Deum diligimus; qua creatura intellectuales beatitudinis capaces, sunt aliquid specialiter ad Deum pertinentis, & caritas est perfecta amicitia cum Deo. Est autem perfecta amicitia non solum amare primario cum, quocum primario & per se contrahitur amicitia, sed etiam secundario & propter illum diligere, ea que ad ipsum pertinent. Si diligamus in-



*vicem, Deus in nobis manet, & Caritas eius in nobis perfecta est.* 1. Joan. c. 4.  
 Obiectum vero formale, seu motivum, est Deus ipse, quatenus in se bonus ac perfectus, esse infinita Dei bonitas absoluta, que adequata sumpta, est complexio omnium perfectionum possibilium, & infinitarum, five ipsum esse divinum absolute & in omni genere infinite perfectum. Nam caritas est amor benevolentie & amicitie erga Deum; & per amorem amicitie amamus alterum propter ipsum, & volumus ei bonum, ut eius bonum est, propter

(a) Bonitas Dei est ratio, que nos ad eum amandum movere debet; id est bonitas Dei absoluta primario, & remotè, & bonitas Dei relativa secundario, & proximè. Nam ut ait S. Th. 2. 2. qu. 26. art. 13. ad 3. Si Deus esset tantum bonus absolutè, & in se ipso, non vero comparatè, & respectu nostri, voluntatem nostram minime ad sui amorem excitaret. Nam sine illicio quidem non excitatur voluntas ad amandum; quemadmodum sine luminis impressione non fit visio.

Quamobrem Deus a nobis propter se absolute non diligitur eo sensu, quo spectatur dumtaxat pro ut in se perfectus est, removendo convenientiam quam habet cum natura nostra, per quam nos ad se allicit. Nam eo modo a nobis estimari quidem possit Deus, & magno loco haberi, non tamen videtur posse amari. Etenim ad amorem requiri videtur convenientia quedam objecti amati cum eo qui amat, per quam is, qui amat, allicitur, & ad amandum excitatur. Est autem respectus, seu relatio inter movens, & motum, & allicens & alledum; proindeque Deus a nobis diligere non videtur, nisi spectetur relative seu comparate ad nos, nempe quatenus nos ad se allicit, & certa quaedam suavitè, saltem in imo, ut ita loquar, membris nostris fundo, quod in tormentis experiebantur Martyres, nos perfundit.

Distinguitur tamen actus caritatis ab actu spei, siquidem aliud est motivum unius, aliud alterius. Motivum actus caritatis, seu objectum illius formale est Deus, propter summe bonus, hoc est propter summa sua bonitate nos ad se allicens, ut nempe ipsum rebus omnibus anteponamus, & omnia ad ipsum gloriæ, quia id ordo postulat, referamus. Motivum actus spei est idem Deus, propter aliquando a nobis possidendum. Aliud autem est summum bonum tanquam nobis conveniens, maximeque nos alliciens, ac fidei quodammodo conjungens, amare; aliud possessionem illius tanquam quod abiens, & arduum adeptus esse nos sperare, ut docet idem S. Th. 2. 2. qu. 23. art. 6. ad 3. Nam, ut exemplum ponamus, si pauper quidam divitis alienus oves ingredietur, in quibus laquearia puro splendens, vestrosam fusculectilem, numerosissimam familiam, lautissimam mensam videat, poterit is rebus, tanquam sibi gratissimis ac convenientissimis affici, & ad earum amorem excitari, etiam si non videt illas se adepturum; non tamen ab hismodi amore ipem omnem excludit necesse est: siquidem & amor & spes in eodem vite statu maxime quoad habitum una conjungi possunt. At amplius quiddam est in caritate, & spe supernaturali quoad presentis vite statum: etenim

proprium ejus perfectionem. Hinc caritas differt ab amore ipsi seu concupiscentie, quo amamus Deum præcipue ut nostrum summum bonum, seu quatenus nobis bonus est, & nos perfecte beare potest. Caritas vero est amor benevolentie & amicitie, quo amamus Deum, quia in se bonus est, seu propter suam infinitam amabilitatem: cum enim caritas sit virtutum omnium præstantissima, debet habere motivum omnium præstantissimum, ideoque Deum ipsum prout est in se. (a)

Quest. II. *Quamvis bona Deo velle debemus?*

Resp. Non tantum caritas non excludit a nobis spem supernaturalè, sed cum ea necessario conjungenda est in hac vita, ut docet Apostolus 1. Cor. c. 13. v. 23. *Nunc autem manet fides, spes, caritas, quia si vere Deum amamus, ad ipsum amandum non oportet, & spe beatitudinis ad bene agendum nos excitare. Præcipuum quippe caritatis subiectum secundum S. Th. 2. 2. q. 24. art. 9. est ut homo ad hoc principaliter intendat, ut Deo obediat, & eo fruatur, & hoc potius ad perfectos, qui cupiunt dissolvere, & esse cum Christo.*

Unde Concil. Trid. sess. 6. cap. 11. declarat, eos Orthodoxe Religionis Doctrinæ adversari, qui statunt in omnibus operibus justos peccare, si in illis suam ipsorum sacerdotium excedant, & sese ad curandum in hæc cobortant, cum hoc, si in primis gloriocentur Deus, mercedem quoque intuentur æternam: cum scriptum sit: Inclinaui cor meum ad faciendas justificationes tuas propter retributionem; & de Moise dicit Apostolus, quod respicebat in remunerationem. Et c. 16. postquam allegavit hæc Apostoli verba ad Hebræos, cap. 10. v. 35. *Noctite amittere confidentiam vestram, que magnum habet remunerationem; sic prosequitur: argue ideo bene operantibus proponenda est vita æterna, & tanquam gratia Filii Dei per Christum secundum misericordiam promissa. & tanquam merces est ipsius Dei promissione bonis ipsorum operibus & meritis fideliter reddenda.*

Ex quibus verbis constat, caritatem, etiam si bonitate Dei absoluta, tanquam motivo, seu obiecto formali primario, quod convenientiam five bonitatem relativam, five, ut loquuntur Scholæ, amabilitatem respectu nostri, tanquam motivum secundarium & proximum non excludit, moveri deitatur cum Scoticis; adjuvari nihilominus, confirmari, & corroborari tum motivo spei, tum aliarum virtutum motivis: ita tamen, ut esse aliarum virtutum rerum virtutum forma, quatenus earum actus ad ultimum finem dirigat juxta S. Th. 2. 2. qu. 23. art. 8. Finis autem illius ultimus est gloria divina, quam querunt utique, qui Deum ut patet diligunt. Quæret vero gloriam Dei, est querere ut glorificetur Deus. Id parvo nulli magis habent cordi, quam qui nihilam sui agnoscunt, omnem suam perfectionem a Deo expectant; eique icterico dat gloriam. Hinc fit ut ceteris contemptis, hoc unum sibi necessarium iudicent, scilicet ut ad Deum tanquam ad summum bonum per præceptorum ejus observationem, perveniant, & ipsius gloriam cum ceteris justis, qui in

Resp. Deo velle debemus bona tum intrinseca, tum extrinseca. Bona Dei intrinseca sunt omnes perfectiones possibiles inhærentes, quas Deus habet in se. Bonum Dei extrinsecum est gloria ejus extrinseca, que consistit in manifestatione ejus perfectionum, & in eo quod perfecte cognoscatur, colatur, laudetur, & ametur a creaturis. Itaque cum anare sit velle bonum, amare Deum est illi hæc omnia bona velle, scilicet velle illi, per modum complacentiæ ac gaudii, omnes perfectiones infinitas, quas habet; velle per modum desiderii, seu optate efficaciter, & quantum in nobis est, efficere, ut a nobis & omnibus creaturis cognoscatur, laudetur, colatur, & perfecte ametur.

Quest. III. *An Caritas est virtus omnium excellentissima?*

Resp. Affirmat. Constat ex 1. ad Cor. 13. *Major autem horum est Caritas.* Et ad Colossens. 3. *Super omnia Caritatem habetis: quod est vinculum perfectionis.* Ratio est, quia habet objectum & motivum omnium perfectissimum, attingitque Deum modo perfectissimum, nempe propter seipsum.

Quest. IV. *Quamvis amoris Caritatis actus proprius est dilectio, quomodo est amicitia?*

Resp. Sunt amor, benevolentia, affectus unitonis, complacentia de perfectionibus divinis, desiderium ejus gloriæ etc. odium & dolor circa malum bono divino contrarium ut tale, scilicet peccatum.

C A P U T II.

De Precepto Caritatis.

ARTICULUS I.

De Precepto Caritatis erga Deum.

Quest. I. *An exeat preceptum Caritatis erga Deum, & ad quid obligat?*

Resp. 1. Exeat preceptum amoris Dei speciale, & ab aliis omnibus distinctum. Constat 1. ex Matth. 22. *Diligere Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & in tota anima, & in tota mente tua. Hoc est maximum & primum mandatum.* At mandatum quod est primum & maximum, est sane preceptum speciale & ab aliis distinctum, & quidem primum & per se maxime datum; ita ut cetera omnia præcepta eo sine dentur, ut hoc ex omni parte preceptum observetur, juxta illud 1. ad Tim. 1. *Finis præcepti Caritas.*

2. Ex S. Patribus. Pro omnibus fit S. Augustinus qui 1. Conf. cap. 3. ait: *Quid tibi sum ipse, ut amari te intuear a me, & nisi factam irascaris mihi, & miseris ingentes miseria? Parvum ipse est, si non amem te.*

3. Ex propositione damnata ab Alexandro VII. supra cit. & ex hac ab Alexandro VII. damnata ut hæretica: *Sufficit ut actus moralis tendat in finem ultimum interpretatè & hinc homo non tenetur amate negue in principio, neque in decursa vite sue mortalit. Quæ propositio fuerat jam ante a*

Sacra Facultate Missipontana speciali decreto damnata.

4. Quia cum Deus sit objectum summe amabile propter se, & finis ultimus rerum omnium, non potuit sapienter non præcipere creaturæ amoris capaci & libere, ut seipsum supra omnia propter se amet. Præterea (ut ait S. Th.) id quod est finis, per se debetur etiam, cum libeat rationem boni per se. At caritas Dei est finis omnium præceptorum, cum Deum tanquam finem attingat immediate & modo perfectissimo, nempe supra omnia propter seipsum, & ut in se est. Ergo est per se maxime debita.

Resp. 2. Hoc præceptum, prout est affirmativum, obligat ad eliciendum certis temporibus actum internum supernaturalè amoris Dei supra omnia propter se: ut constat ex illis verbis. *Diliget ex toto corde:* in sensu proprio significans internum dilectionis affectum, qui ( ut exponunt Patres & Doctores) fit amor benevolentie efficaciæ & appetitive summus, vi cuius homo Deo, ut potest summe amabili ac bono, adhaeret supra omnia propter se, ipsi omnia bona velit, & facit ea, que Deus ab illo saltem graviter exigit, seu tanquam beatitudinem & cetera omnia ad Dei gloriam referat, malitque privari omni bono creato, & pati omnem malum; quam Deum offendere saltem graviter.

Itaque amor, qui primo & maximo mandato præcipitur debet esse, 1. Internus, verus, ac proprie dictus, ut patet ex his verbis præcepti, *Diliget ex toto corde.*

2. Debet esse appetitively summus in adhesionè, ita ut Deum plus amemus, quam nos ipsos & creaturas omnes, malitque privari omni bono creato, & pati quovis malum, quam Deum offendere saltem graviter. Constat, 1. Ex Partum ac Theologorum & totius Ecclesiæ consensu. 2. Ex his verbis præcepti, *Ex toto corde, & in tota anima tua, & in tota mente tua:* in quo sensu explicatur a S. August. l. 1. de moribus Ecclesiæ c. 12. ubi ait: *Summen bonum, quod etiam optimum dicitur non modo diligendum esse nemo ambigit, sed ita diligendum, ut nihil amplius diligere debeamus; id quod significatur & exprimitur ex eo, quod distum est, Ex tota anima, & ex toto corde, & ex tota mente. Tum ex Matth. 10. *Qui amat Patrem aut Matrem plus quam me, non est me dignus. Et, Qui amat filium aut fratrem suum, non est me dignus. Et ad Rom. 8. *Quis nos separabit a Caritate Christi? Tribulatio? An angustia? An fames? An nuditas? An periculum? An persecutio? An gladius? ... Certus sum, quia neque mors, neque vita, neque Angeli, neque principatus, neque virtutes, neque instantia, neque futura, neque altitudo, neque profundum, neque creatura aliqua poterit nos separare a Caritate Dei.* 3. Quia hunc amorem exigit finibus ac infinita excellentia bonitatis divine. Enimvero cum Deus fit per suam essentiam infinite bonus & perfectus in omni genere excellentia, atque finis ultimus rerum omnium, ideoque infinitis titulis magis diligendus quam quodlibet aliud bonum; nulla creatura potest ei affectu & ad-**

perpetuum vivens, per totam æternitatem celebrant, & dicunt cum Propheta Rege, Pl. 123. v. 27. & 28. 1. *Non mortui laudabunt te, Domine, neque Angeli Theol. Moral. Tom. I. P. II.*

annos qui descendunt in infernum: sed nos, qui vivimus, benedicimus Domino, ex hoc nunc & usque in seculum.



batione preferri, aut avari sine gravi ejus injuria ac contemptu. Præterea amor, qui a Deo præcipitur, debet esse proportionatus Deo summe bono, & amabili: at talis non est, si Deus non plus amaretur quam qualibet creatura, qua præ Deo nihil est. Igitur cum amabilitas sit mensura amoris, utpote ejus motivum, summa amabilitas exigit a morem summum appetitativæ.

3. Amor Dei præceptus debet esse efficax & universalis in suis effectibus, hoc est, debet ita volumenter afficere ac disponere, ut semper sit parata ad servanda omnia præcepta, & vitandum omnino peccatum, saltem mortale. Unde amor ille Dei continet proprium saltem virtuale efficax servandi omnia alia præcepta: Nam amor ille non est solum complacencia de divinis perfectionibus, sed est etiam amor seu affectus voluntatis efficax, efficaciter movens ad faciendâ ea, quæ Deo placent, & ipse exigit saltem graviter, & ad vitandâ ea, quæ ei displicent: amor enim qui præcipitur, est amor ex toto corde, & ex tota anima, & ex tota fortitudine, ut habetur Deuter. 10. qui tunc amor est efficacissimus. Amare autem efficaciter est bonum velle & facere amato, nec cum offundere saltem graviter. Præterea amor non potest esse appetitativus summus, nisi Deus & ejus amicitia præferatur omni bono creato, ut malum omne bonum creatum amittere, & quodvis malum pati, quam Deum offendere graviter, & ejus amicitiam amittere, ideoque efficaciter parati sumus ad nullum præceptum saltem in re gravi unquam violandum. Quare præceptum caritatis obligat ad Dei amorem tum affectivum, tum effectivum, & ad servandâ omnia alia præcepta, ut constat ex Joan. 4. Si diligis me, mandata mea serva te. Qui habet mandata mea, & servat ea, ille est, qui diligit. Et 1. Joan. 5. Hec est caritas Dei, ut mandata ejus custodiamus. Hinc transgressiones aliorum preceptorum sunt etiam communi ratione contra caritatem, ejusque habitum destruunt, si sint in re gravi.

4. Amor caritatis erga Deum debet esse purus in suo motivo. Nam ejus motivum est Deus ipse absolute in se in se spectatus, seu Deus ut est in se infinitus bonus ac perfectus; five est ipsa Dei amabilitas infinita & bonitas absoluta, ita ut Deus super omnia ametur propter seipsum, seu quia in se bonus ac perfectus est. Ita Theologi communiter. Prob. ex S. Augusti, qui 1. de Doctrin. Christ. cap. 17. ait, Deum diligendum esse propter seipsum. Et 1. 8. de Trinit. c. 8. Ex una eademque Caritate Deum proximumque diligimus, sed Deum propter Deum. Et in Pl. 51. Deus noster laudatur voluntate, & amor Caritate; gratitudo fit, quod amatur, & quod laudatur. Quid est gratitudo? Ipse propter se, non propter aliud. Ex S. Bernardi lib. de diligendo Deo, ubi ait: Causa diligendi Deum Deus est, modus sine modo diligere. Non sine premio diligitur Deus, est absque premio invidu diligendus fit. Vacua nempè vera Caritas esse non potest, nec tamen mercenaria est. Virtus amor premium non requirit, sed meretur. Et Epist. 11. Est qui confitetur Domino quantum potens est, & est qui confitetur, quantum huius boni est, & est qui confitetur quantum simpliciter bonus est. Primus servat est, & vincit sibi; secundus mercenarius est, & cupit sibi; tertius filius, & desere Patri. Iteque

qui timet, & qui cupit, utique pro se agunt. Sola, qua in filio est, Caritas non querit, quæ sua sunt. Et ex S. Thom. 2. 2. qu. 17. art. 8. qu. 23. art. 5. ad 2. ubi ait: Caritas diligit Deum propter seipsum. Unde sola ratio diligendi attenditur principaliter a Caritate, scilicet divina bonitas, qua est ejus substantia. Et art. 6. Fides, & spes attingunt quidem Deum, secundum quod ex ipso provenit nobis vel cognitio veri, vel adeptio boni; sed Caritas attingit ipsum Deum, ut in ipso habitat, non ut ex eo aliquid nobis proveniat. 2. Ex ipsa Ecclesie doctrina tradita in catechismo, in quibus caritas definitur, Virtus per quam amamus Deum super omnia, & proximum sicut nos ipsos propter Deum. Ergo caritatis motivum est Deus simpliciter, ideoque absolute & in se consideratus. 3. Quia caritas est amor benevolentie & amicitie erga Deum. At per amorem amicitie amamus alterum propter ipsum, & volumus ei bonum ut ejus bonum est, propter propriam ejus perfectionem. Et vero quis potest se ab alio amari arguendum, si sciret se solum ab eo amari, quia ei bonus ac benignus est? Præterea caritas, cum sit virtutum omnium præstantissima, debet habere motivum omnium præstantissimum, ideoque Deum ipsum prout est in se.

Equidem debemus etiam amare Deum ut nostrum summum bonum, quod nos perfecte beare potest. At hic amor non est amor caritatis, sed spei, nec sufficit: nam tenetur insuper Deum super omnia amare propter se, seu quia est in se infinite bonus ac perfectus, atque nos ipsos & beatitudinem nostram referat ad ejus gloriam; & hic est proprius usus caritatis: Est enim caritas amicitia bonæ, qua amicus amatur propter se, ait Toletus. Et ita docet S. Thom. 2. 2. qu. 17. art. 8. ubi ait: Perfectus quidem amor est, quo aliquis secundum se amatur, utpote cui aliquid vult bonum, sicut homo amat amicum. Imperfectus amor est, quo quis amat aliquid non secundum ipsum, sed ut illud bonum sibi ipse proveniat: sicut homo amat rem, quam concupiscit. Primus autem amor pervenit ad Caritatem, que inhaeret Deo secundum seipsum: Sed spes pertinet ad secundum amorem. Quare Filius ex illis docet, esse mortale diligere Deum principaliter propter beatitudinem, ita ut si hic deciderit, Deus non diligeret supra omnia. Licet enim tamen ac bonum, diligere Deum propter mercedem æternam, tanquam finem minus principalem.

Quæst. II. An tenetur etiam amare Deum supra omnia intusque, seu cum majore intentione, vehementer & conatu, quam omnes creaturas?

Resp. 3. Hoc præceptum, prout est negativum, prohibet pro quolibet tempore omnem generaliter Dei offensionem, ita ut omnia peccata mortalia sint contra caritatem, ejusque habitum destruunt: nam per quodlibet peccatum mortale creatura præferatur Deo super omnia diligendo, specialis tamen & materialis directè vetat odium Dei.

Resp. Communiter negant Theologi. Quia intentio est caritatis perfectio solum accidentaliter, & sine majori illa intentione servatur præceptum de Ordine caritatis eo modo, qui satis fit, ut caritas erga Deum fit re & opere effector, quam amor cuilibet christi. Quod autem præcipuum est in caritate, est ut sit efficax erga Deum, qui affectu & opere propter se præferatur omnibus creaturis. Pro-

præterea cum Deus amatur appreciatione summa, amatur modo actum amoris constitutum in gradu excellentiæ, ad quem nullus pervenire potest amore erga creaturam ordinatus, etiam infinita intentione amaretur. & si tunc Deus amatur modo proportionato suo excellentiæ, ideoque modo sufficiente ad impletionem præcepti.

Præceptum autem diligendi Deum ex toto corde (\*) intelligitur de totalitate (Vid. N. 131.) appreciationis, non intentionis. Appreciatio vero consistit non in vehementia & conatu affectus, sed in libera præelectione & prælatione.

Certe quando affectus erga creaturam actu oblitit amori Dei appetitivæ summo: tunc opus est maximo conatu voluntatis, ut Deus supra omnia ametur.

Quæst. III. Quandoam præceptum Caritatis obligat ad amandum Deum?

Resp. Sub mortali obligat per se (1) ad eliciendum actum intentionis amoris Dei supra omnia propter se. 1. Ubi primum, moraliter loquendo, quia rationis usum adeptus est, & habet sufficienter Dei notitiam, quam quidem tunc quisque sibi comparere tenetur. Ita S. Thom. 1. 2. qu. 89. art. 6. Toletus, Layman, & alii multi. Nam recta ratio dicitur, creaturam rationalem, ubi primum, moraliter loquendo, capax est cognitionis & amoris Dei, eum debere amare ut verum omnium finem ultimum, propter quem facta sunt omnia, & ad quem prout de omnes se faciunt omnia ac totum vite cursum referre debent, & consequenter Deum super omnia propter se amare, atque implere debere primum & maximum mandatum. Præterea quando præcepta non determinant tempus, censentur obligare pro presenti, seu primo quoque tempore, quo commode impleri possunt: alioquin posset quis semper in futurum usque ad mortem suam differre eorum observantiam; & sic eludere præcepta. Unde Cajetanus & Navarrus dicunt, teneri omnes hoc omissionis peccatum committere in dubio, an tunc actum caritatis elicerint, necne.

2. In quovis probabili periculo mortis, quamvis Sacramenta suscepta sint. Ita communiter. Tunc quia hic actus sapientis rationis sui præceptus est, & tempus maxime necessarium, est articulus mortis. Tunc quia homo, instante termino vite, tenetur perfecte tendere in suum finem ultimum. Sive enim vivimus, Dominum vivimus, sive morimur, Dominum morimur, ad Rom. 14.

3. Quandoque periculum labendi in mortale, nisi actus amoris eliciatur, & ingruit gravis tentatio, que non putetur posse aliter superari; nam ex caritate Dei tenemur esse omnem vitare, & media ad hoc necessaria adhibere.

4. Sepitissime in decursu vite, ut satis patet tum ex natura caritatis; quæ est finis omnium præceptorum & actionum, & quæ (ut ait S. August. in Pl. 121.) vacare non potest in anima amantis: nam caritas est amicitia quedam cum Deo; amicitie autem divinæ ratio, Deique bonitas infinita exigit,

nam

(\*) Dicitur in (Inquit D. Thom. 2. qu. 14. art. 6. ad 2.) ex Acquino quod modus diligendi Deum est ut ex toto corde diligatur, id est ut diligatur tantummodo diligere potest.

ne diutius amorem erga Deum differamus, & raro eliciamus, sed ut quamprimum possimus, & sepiissime in vite curriculo Deum amemus. Tum ex verbis præcepto additis, quibus Deus jubet illud vere semper habere in mente, videlicet ut actus amoris sepiissime eliciatur. Deut. 6. Diliget Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota fortitudine tua. Eruntque verba hæc, quæ ego præcipio tibi hodie, in corde tuo; & narrabis ea filiis tuis, & meditaberis in eis, sedens in domo tua, & ambulans in itinere, dormiens, atque consurgens. Et ligabis ea quasi signum in manu tua, & eruntque & movebuntur inter oculos tuos, scribesque ea in limine, & ostis domus tue. Et vero nullus est habens jus exigendi ab alio amorem, qui petat ut semel tantum aut raro ametur; sed is exigit potius, ut sæpe affectu effluente tementur. Ergo a fortiori jure Deus amoris erga se actum sapientis tota nostra vita iteratum a nobis exigit.

Præterea omnino amoris Dei pro tempore notabile includit quendam contemptum divinæ amicitie. Hinc ab Innocentio XI. damnatae sunt hæc propositiones, 6. Probabile est, ne singulari quodam rigorose quinquenniis per se obligare præceptum Caritatis erga Deum. 7. Tunc solum obligat quando tenemur justitiam, & non habemus aliam viam, qua justitiam possimus.

Quoties autem intra annum obliget per se, non potest facile determinari. Scotus (Vid. N. 149.) putat adulum obligari ad illum actum singulis diebus Dominicis & festis. Quam opinionem, ait Cardenas nosster, non esse contentendam, quia cum consistat hunc actum frequenter in vita eliciendum esse, & tempus definiendum fit ex judicio prudenti; videtur prudens designatio temporis esse dies cultui divino dicatus; cultus enim optimus est actus caritatis, ut docet S. August. Idem Cardenas asserit esse mortale, si intra mensum integrum omittatur. Suarez vero lib. 2. de orat. c. 30. docet divina præcepta affirmativa, ut caritatis, & similia, obligare, ut actus eorum non multo tempore differantur; in particulari autem judicare quando fit nimia difficultas, vel que sit debita frequentia, prudenti arbitrio relicti videri ex natura rei.

Obligat veto ex virtute Religionis, quando quis culpa mortalis confusus, deficienti confessorio, tenetur celebrare, vel Sacramentum quodvis consecrere, aut suscipere. Nam tunc obligatur ad actum contritionis perfecte, quo includit actum caritatis. Requiritur etiam hic actus ad justificationem extra Sacramentum.

Ex hisdè colligitur, parentes & parochos (\*) graviter teneri, sicut docere obligationem, & mo non eliciendi actus Fidei, Spei, & caritatis; confessorios vero teneri curare, ut penitentes in mortis periculo hoc actus eliciant.

Nota. Ex Delugo, præcepta Fidei, Spei, & caritatis sunt in aliquo sensu supernaturalia & in aliquo etiam sensu naturalia. Sunt supernaturalia tum ex parte objecti, tum ex parte formæ actuum; nam

(\*) Vid. N. 326. 331. 375. & Bened. XIV. Infit. Eccl. 71. (2) Vid. Bened. XIV. Infit. Eccl. 71.



nam impleri nequeunt nisi peractus supernaturalis, quatenus Deus elevavit hominem ad finem supernaturalis, per tales adus supernaturalis consequendum. Sunt vero naturalia ex parte obligationis, quia ex suppositione quod Deus elevaverit hominem ad finem supernaturalis consequendum per actus supernaturalis, eo ipso abique alio novo precepto & ex natura rei obligatur homo ad eliciendum adus supernaturalis necessarios ad finem illum obtinendum: nam ex obligatione diligendi Deum & seipsum, obligatur ad comparandum suum illum adeo sublimem ac perfectum, & consequenter ad adhibenda media necessaria ad talem finem. Quare Lex naturalis ad tales supernaturalis actus obligatur in hypothese elevationis; in statu autem naturae purae esset obligatio amandi Deum super omnia propter se actu naturalis.

Quod. IV. An ex precepto Caritatis tenentur omnes actiones nostras referre ad Deum? (1)  
 Resp. Affir. Prob. 1. ex S. August. lib. 1. de Doctr. Christi. c. 22. ubi ait: *Hac regula dilectionis divinitus constituta est: Diliges proximum sicut te ipsum; Deum vero ex toto corde, & ex tota anima, & ex toto mente, ut omnes cogitationes tuas, & omnem vitam, & omnem intellectum in illum conferas, a quo habes ea ipsa, quae confert. Cum autem ait, toto corde, tota anima, tota mente, nihil vult nosse partem reliquit, quae vacare debeat.* 2. Ex S. Th. 2. 2. qu. 100. art. 2. ad 1. libi sub precepto Caritatis continetur, ut diligatur Deus ex toto corde: ad quod pertinet, ut omnia referantur in Deum: & ideo preceptum Caritatis implere homo non potest, nisi etiam omnia referantur in Deum. Quia ex precepto caritatis tenentur amare Deum, ut finem ultimum rerum omnium, & Deus non amatur ut finis ultimus rerum omnium, nisi omnia in ipsum referantur.

Porro omnes actiones nostras generatim ad Deum ex affectu caritatis referre tenentur tunc tantum, cum urget preceptum amandi Deum propter se, ut finem ultimum rerum omnium. Nam preceptum caritatis non obligat ad referendum omnes actiones & omnia in Deum, nisi obligando ad amandum Deum propter se, ut finem ultimum rerum omnium. Quare non tenentur omnes omnino actiones singillatim elicere ex motivo sui affectu caritatis: aliqui omnia opera iustitellum, immo & fidelium in statu peccati mandatum essent peccata, quod est error ad Ecclesia damnatus. Item actus, quo quis detestatur peccatum praefecti ob merum poenalem, esset malus, quod repugnat cum Conc. Trid. sess. 7. can. 8. & sess. 14. c. 4. tum S. August. qui in Psal. 27. ait: *Ille timor qui nondum casus praesentiam Domini & poenas timet, timere facit, non timore amittendi bonum illud, sed timore patienti illud malum. Non timet, ne perdat amplexus pulcherrimi sponsi, sed timet ne mittatur in gehennam. Bonus est & ille timor, utilis est. Praeterea Alexander VIII. damnavit hes propositantes: 1o. Invenio, quia quis detestatur malum, & prosequitur bonum, mere ut celestem obtineat gloriam, non est recta, nec pla-*

(1) Controversiam hanc reperies prolixae, & accurate pertractatam in Proem. Dissert. valedictae Num. 327. usque ad 373.

cent. Deo. 11. Omne, quod non est ex Fide Christi, si autem supernaturali, quae per dilectionem operatur peccatum est. Denique deus elicit ex motivo affectionis virtutum (\*) sicut boni ac liciti, aliqui non essent actus virtutis. Et evidens est, omne bonum honestum esse honeste diligibile propter se praefecti. Quid enim magis rationi consentaneum est, quam amare quae sunt rationi & naturae rationali consentanea qua talia?

Tamen dum non referimus ex affectu caritatis actiones nostras ad Deum, tunc tenemur eas ad eius gloriam referre virtualiter, seu implicite, & ex intentione seu natura operis (ut ajunt) agendo scilicet ex motivo aliquis virtutis & honestatis. Prob. 1. Ex 1. ad Cor. 13. *Broce manducatis, si ve bibitis, Ave aliud quid facitis, omnia in gloriam Dei facite.*

Id esse precepti quod indicat verbum imperativum, *Facite*, quod in sensu proprio sonat imperium seu mandatum, dum materia id patitur: & docet S. Tho. in epist. ad Coloss. c. 3. ubi ait: *Quidam dicunt quod hoc est consilium, sed hoc non est verum.* 2. Ex S. August. in Pl. 65. *Quo sine facias, vide. Si te id facis, ut tu glorificeris, hoc prohibuit: si autem ideo, ut Deus glorificetur, hoc iussit.* Et ex S. Basil. in Reg. interrog. 125. ubi ait: *Omnia propter Deum ex Dei mandato faciendum.* Idem docet alii Patres. 3. Quia debemus Deo omnes actiones nostras ex titulo creatoris, & redemptoris, & vi supremi ejus demeriti, ex quo omnis actus nostris magis debentur Deo, quam civis domino temporali opera servi. Ergo omnes actus nostri debent ad Dei obsequium referri, saltem ex natura operis. 4. Quia (ut alias probatum est,) semper tenemur agere propter finem honestum, ideoque ex motivo aliquis virtutis. Ad omnis honestas & actus virtutis ex natura sua referuntur & ordinantur ad Deum tanquam ad regulam, fontem, ac finem omnis honestatis, & ex se tendit ad Dei gloriam, cum sit conformis ejus voluntati, cuique placeat.

ACTUS CARITATIS.

Domine Deus, te ex toto corde meo & super omnia diligo, quia tu Deus es & infinitas perfectionis tuas omni, & summo amori dignissimus. Proximum quoque meum, sicut meipsum, propter te diligo.

ARTICULUS II

De precepto Caritatis erga proximum.

Quaest. I. AN datur preceptum diligendi proximum, & ad quid obligat?

Resp. 1. Extat preceptum speciale diligendi proximum non tantum actu externo, sed etiam interno, & amore benevolentiae, quo ei velimus bonum quatenus ejus bonum est. Constat ex Mart. 22. *Secundum autem (mandatum) simile est huic. Diliges proximum tuum sicut te ipsum.* Et Joan. 13.

Ho

(\*) Quae tamen caedem nulla sint, nisi e caritate in Deum referantur.

Hoc est preceptum meum, ut diligatis invicem sicut dilexistis vos. Et 1. Joan. 4. *Hoc mandatum habemus a Deo, ut qui diligit Deum, diligat & fratrem suum.* Dilectio autem amoris amicitiae, quod volumus bonum personae amate. Hinc Innocent. XI. damnavit has propositiones. 10. *Non tenemur proximum diligere actu interno, & formalis.* 11. *Preceptum proximum diligendi satisfacere possumus per solos actus externos.*

Resp. 1. Hoc preceptum complectitur omnes creaturas rationales ejusmodi nobiscum beatitudinis capaces. Nam illos omnes & veli caritate divina amari possunt & debent, quibus debemus & possumus propter Deum veli summum bonum beati, in cujus communicatione & capacitate laudatur dilectio caritatis. Ac proinde complectitur omnes Angelos ac homines beatos, animas in purgatorio detentas, & omnes homines viatores, sive sancti iusti, amici, confanguinei, Catholici, sive peccatores, inimici, extranei, & infideles: sunt enim hi omnes nobis proximi communione capacitaris ejusdem beatitudinis ac hereditatis aeternae, quam iam beati possident, & ad quam illi delinuntur, & quam possunt consequi quoadm in via sunt. Ideoque amandi sunt amore benevolentiae, tendendis ad unionem, quae intercedere debet inter fratres & coheredes. Unde tenemur omnes omnino homines in universali amare, nullo excepto: in particulari vero hoc determinat, quibus optulari debemus, vel in quo odium deponatur. Hinc soli demones & homines jam damnati excluduntur: quia caritatis amor benevolentiae, quod volumus praecipue beatitudinem aeternam, & quae ad eam conducere possunt. At hoc non licet damnatis velle: nam amor illi repugnat caritati erga Deum, quae apprehensum ejus iustitiam; inquit S. Th. 2. 2. art. 21. (\*)

Resp. 2. Hoc preceptum, ut affirmativum, obligat ad amandum proximum propter Deum amore benevolentiae affectivo & effectivo, sicut nos ipsos amamus, non quidem secundum omnimodam equalitatem, sed secundum similitudinem, ut docet S. Th. 2. 2. q. 44. art. 7. ubi ait: *Cum dicitur, sicut teipsum, non est intelligendum quantum ad hoc quod aliquis proximum sibi aequaliter diligit, sed similitur sibi, ita ut idem bonum proximo velimus, & ei quantum possumus procuramus in necessitate: quod tenemur nobis velle, & rationaliter volumus, & quidem principaliter beatitudinem aeternam: ac media ad eam assequendam necessaria, & secundo ratio autem bona temporalia necessaria ad vitam corporalem convenientem, & quatenus ex auxilio gratiae ad salutem conducunt; atque quantum possumus, ei procuramus in ejus necessitate. Pelle debemus, ut vel eos adjuvemus, vel adjuvemur ab eis, ad utrumque illam finem referendum est.* ait S. August. lib. 1. de Doctr. Christi. c. 29. Et lib. 1. de morib. Ecclesiae cap. 6. postquam hoc preceptum reulit, sic prosequitur: *Te autem ipsum salubriter diligis, si plus quam te diligis Deum. Quod ergo agis tecum,*

id agendum cum proximo est: hoc est, ut ipse etiam perfedo amore diligas Deum. Non enim cum diligas, tamquam teipsum, si non ad id bonum, ad quod ipse tendis, adducere satagis.

Obligat autem ad eliciendum sepe in vita aeternum amorem supernaturalis erga proximum propter Deum, & ad exerceendum externum seu effectivum amorem, & possumus in opulatione proximi, sive spirituali, sive corporali: nam amare est bonum veli & facere cum possis; iuxta illud 1. Joan. 3. *Non diligamus verbo, neque lingua, sed opere, & veritate.* Praeterea veterum amor proximi preceptus est in bonum ac utilitatem proximi: at non potest proficere proximo, nisi per beneficia & auxilia.

Dixi, propter Deum, hoc est quia ad Deum pertinet ut imago ejus, ut capax dilectionis, & effectivus ejus, ut ab ipso creatus, redemptus & co. ita ut Deum in ipso amemus & c. quia id Deo summo hono & amato placeat. Propter hoc est Caritate diligere debemus alios, quia sunt nobis proximi & secundum naturalem Dei imaginem & secundum capacitate gloriam, ait S. Thom. 2. 2. qu. 44. art. 7. Nam amare proximum propter aliquam utilitatem temporalem, vel quodvis aliud motivum naturale, non est actus caritatis: *Si quis querit licet amari, sed propter Deum non amat, Caritatem non habet,* ait S. Greg. hum. 38. in Evang. Et S. August. lib. 2. de Doctr. Chr. c. 27. ait: *Omnis homo, in quantum homo est, diligendus est propter Deum; Deus vero propter seipsum.* Et lib. 3. c. 7. *In eo se exercet omnis divinarum scripturarum studiosus, nihil in eis aliud inventurus, quam diligendum esse Deum propter Deum, & proximum propter Deum, & illum quidem ex toto corde, ex tota anima, ex tota mente diligere: proximum vero tantquam seipsum, id est, ut tota proximi, sicut etiam nostri, dilectio referatur in Deum.* Et vero debemus diligere alios, sicut Christus nos dilexit, ex Joan. 15. supra cit. Christus autem omnes dilexit propter Deum.

Hinc obiectum formale seu motivum caritatis erga proximum est infinita Dei bonitas absoluta, & amabilitas, quae sicut movet ad amorem Dei, movet quoque ad amorem proximi propter Deum, eo quod ad Deum pertinet, & Deus amet omnes homines, etiam peccatores, quoadm in via, velle illis summi boni, nempe fidei ipsius, fructuum, & quidem conferendi media ad eam assequendam sufficientia, aliaque bona, velique ut omnes amemus.

Resp. 4. Hoc preceptum, quatenus est negativum, vetat pro quovis tempore odium, & omnes actus oppositos amoris benevolentiae, ne scilicet proximo unquam velimus, optemus, inferamus malum spirituale, nec etiam temporale, sicut ut ipsius malum, & sine iusta causa & auctoritate. Quod addo, quia ex iusta causa & auctoritate potest inferri malum temporale proximo ob finem bonum, v. gr. iudicia punitiva a superiore correctionis causa, vel a iudice ob crimina ex motivo iustitiae. Hinc nunquam licet odisse illum hominem, quantumvis in-

(\*) In peccatoribus ex caritate debemus diligere naturam, peccatum autem odisse: viximus autem demones significatur natura peccato deformata: & ideo demones ex caritate diligendi non sunt, unde illud Ista 28. passum vestrum cum inferno non habet.